DE

TITULORUM ARGOLICORUM DIALECTO.

PRIOR PARS.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

RITE IMPETRANDOS

DIE XI. M. AUGUSTI A MCMIII HORA XI.

IN AULA LEOPOLDINA

PUBLICE DEFENDET

ERDMANN HANISCH

VRATISLAVIENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

LUDOVICUS SNIEHOTTA, DR. PHIL.

HUGO ULLRICH, REFERENDARIUS REGIUS.

GOTTINGAE

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA HUTHIANA

PRAECEPTORIBUS CARISSIMIS

ALFREDO HILLEBRANDT

ET

OTTONI HOFFMANN

SACRUM.

De Argolide.

Oppida Argolidis, priusquam Dores immigraverunt, partim ab Achaeis partim a colonis aliarum gentium condita erant. Doriensibus Temeno duce in Argolidem transgressis Achaei incolae, postquam Oreste rege devicti sunt, et lingua et institutis cesserunt. Argos urbs prima est capta, deinde cetera Argolidis oppida: Epidaurus [1]), Trozen [2]), Hermione [3]), quorum e numero Epidaurum Iones, Hermionen (et Asinen) Dryopes [4]) condiderunt, quibus oppidis Diodorus [5]) Eionem addit. Argolidis totius principatum obtinebat Argos: nullum oppidum genuinam retinebat dialectum. Neque vero omnia oppida eadem ratione Argivorum imperio se subiecerunt, verum duae distinguendae sunt societates. Alteram inierunt oppida circum Argos sita [6]): Mycenae, Tiryns, Midea, Nauplia, Prosymna [7]), alteram habebat Argos cum oppidis reliquis Argolidis, sed una quaeque civitas libertatis

1) Paus. II 36, 2: »τελευταῖον δὲ πρὶν ἢ παραγενέσθαι Δωριέας ἐς Πελοπόννησον βασιλεῦσαί φασι Πιτυρέα Ἴωνος ἀπόγονον τοῦ Ξούθου. τοῦτον παραδοῦναι λέγουσιν ἀμαχεῖ τὴν γῆν Δηϊφόντῃ καὶ Ἀργείοις . . . Δηϊφόντης δὲ καὶ Ἀργεῖοι τὴν Ἐπιδαυρίαν ἔσχον«.

2) Paus. II 30, 10: »Ἡρακλειδῶν γὰρ κατελθόντων ἐδέξαντο καὶ οἱ Τροιζήνιοι συνοίκους Δωριέων τῶν ἐξ Ἄργους καὶ πρότερον ἔτι Ἀργείων ὄντες κατήκοοι«.

3) Paus. II 34, 5: »ἐπῴκησαν δὲ καὶ Ἑρμιόνα ὕστερον Δωριεῖς οἱ ἐξ Ἄργους«.

4) Herod. VIII, 43: »οἱ δὲ Ἑρμιονέες εἰσὶ Δρύοπες« κτλ. ibid. 73: »Δρυόπων δὲ Ἑρμίων τε καὶ Ἀσίνη ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ«.

5) Diod. IV 37: »τρεῖς πόλεις ᾤκισαν ἐν Πελοποννήσῳ: Ἀσίνην καὶ Ἑρμιόνην ἔτι δ' Ἠιόνα«.

6) Lilie: Quae ratio intercesserit inter singulas Argolidis civitates p. 6 et Kuhn: Entstehung der Städte der Alten p. 200ss.

7) Kuhn l. c. p. 204ss.

speciem retinuit, id quod cum ex aliis rebus tum inde intellegitur, quod de fano Apollinis inter Argivos et Epidaurios bellum ortum est[1]. Etsi Argolidis civitates aliquando infensae[2] fuerunt Argivis: ut Epidaurii, ut Trozenii, commotae fortasse spe se hoc modo totius Argolidis principatum esse obtenturas, tamen haec spes eas valde fefellit: Argivi denuo totius Argolidis imperio potiti sunt. —

Iam oritur quaestio, num dialectus illius regionis, quae circum Argos sita erat, tam diversa fuerit a ceteris Argolidis oppidis, ut duae sint discernendae Argolidis dialecti.

O. v. Friesen in commentatione, quae inscribitur: »Über die sprache der argeiischen dialectinschriften« in »Upsala Universitets Årsskrift a. 1897 p. 114 hanc profert sententiam: »Es ist deshalb wahrscheinlich, dass die Argeia, bis auf die oben erwähnten ausnahmen Orneai und Asine, ein gebiet bildete, das eine im grossen und ganzen gleichartige sprache hatte, die sowohl von derjenigen der in Argolis als von derjenigen der auf dem Peloponnes wohnhaften stammverwandten verschieden war« et p. 138: »Falls nun der argeiische dialect und die sprache von Hermion zum strengdorischen zu führen sind, bildet die wasserscheide zwischen dem saronischen und dem argolischen meerbusen die grenze, welche mitior doris und severior doris trennt. Nördlich des betreffenden bergrückens werden keine oder nur sehr unsichere spuren der severior doris angetroffen«. Friesenius igitur duas in Argolide exstitisse dialectos concludit. In eo certe errat, quod alteram »mitiori«, alteram »severiori« Doridi adscribit: neque enim regionum sed temporum interest discrimen inter dialectos mitioris Doridis et severioris. Quaerendum igitur nobis est, sintne aliae sonorum vel formarum proprietates, quibus dialectus Argeiae a ceteris Argolidis oppidis fuerit diversa.

De fontibus.

Fontes dialecti Argolidis tituli sunt, quos nuperrime edidit Maximilianus Fraenkel »consilio et auctoritate Academiae Litterarum Regiae Borussicae« in volumine primo **Corporis Inscriptionum Graecarum Peloponnesi Et Insularum Vicina-**

---

1) Thuc. V 53, similia refert Diod. XII 78.

2) Herod. VII 202 et IX 31 (et VI 83).

rum. Huius voluminis titulos ascriptis numeris 479—1549 et 1562—1579 et 1607—1611 potissimum sequor in hac dissertatione: collectio Fraenkeliana solis numeris in dissertatione mea significabitur. Permulti vero tituli, cum scripti sint sermone vulgari, qui dicitur *κοινή*, ad dialectum Argolidis nihil valent. Deinde etsi in Argolidis regione reperti sunt, tamen dialecto Argolidis attribui non possunt tituli 729, 926, 1504, 1611. In titulo **729** (saecl. III) omnes genetivi stirpium in -*ο*-desinentium praeter unum *Πασιμήλου* non in -*ου*-, sed in -*ω* terminant: *Μενητίω*, *Σωσώ* bis, *Ἀστώχω*, *Σηράμβω* bis, *Τρεύθω* bis, *Μάργω*, *Μύλλω*, *Ἀχαίω*, *Αἰνέτω*, *Πεισινόω*, *Κλησίππω*, *Ἀσπασίω*, *Δαμοκρίτω*, *Στίχω* bis. Fraenkel ad antiquitatis affectationem hanc terminationem -*ω* reducit, sed nisi in hoc titulo terminationem *ω* non legimus: tituli illi 497 et 498, etsi antiquitatis speciem usurpant (-*ονς*, -*ανς*, *ἐπολυώρηε* = *ἐπολυώρηhε*, saecl. II), terminationem -*ου*, non -*ω* ostendunt. Quae cum ita sint, titulus 729 Argolidi non est vindicandus, quanquam difficile est dictu, cuinam attribuendus sit regioni: genetivus in -*ω* desinens Arcadicae dialecti proprius est (cf. O. Hoffmann Dial. I p. 233), cui quominus titulum tribuamus, genetivus stirpium in -*ᾱ* impedit: *Φιλητάδα*, *Ἀγαθόλα*, *Εὐθυμίδα*, *Βωλαγόρα* bis, *Ἀδάμα*, *Σωτάδα* (pro -*αυ* cf. *Μίδαυ* O. Hoffmann l. c. p. 167 et 241).

Titulus **926** a Bechtelio titulis Megarensibus[1]) iure attributus est. Megarensium enim iudicium continet, quod faciebant de litibus, quae inter Corinthios et Epidaurios ortae erant. Dialectus tituli a Megarica dialecto non dissentit praeter illud *ἐπ' ἰαρεῦς* in versu primo: *ἐν δ' Ἐπιδαύρωι ἐπ' ἰαρεῦς κτλ.*, quod congruit cum dialecto Argolidis (cf. § 37b 3), et in hoc iudicium receptum est, nomina vero iudicum dialecto Megaricae respondent.

Titulus ille **1504** catalogum thearodocorum continet, sed ad Epidaurum nullo modo spectat. Titulus denique **1611**: *Ἄνφοξυν hεπροροε ἀνέθεκαν* propter *hεπροροε* Argolicus esse non potest: *οε* pro *οι* non invenitur.

Praeter hanc collectionem Fraenkelianam titulos illos respexi, quos Prellwitz collegit in collectione, quam H. Collitz et Fredericus Bechtel edendam curant. Hanc collectionem significabo SGD ascriptis numeris. Collectio Prellwitziana hos titulos con-

---

1) »Sammlung der griechischen Dialekt-Inschriften« herausgegeben von Dr. H. Collitz und Dr. F. Bechtel III 1 no. 3025.

tinet, qui Fraenkelianae desunt: 3261 — 3263 — 3264 — 3266 — 3270 — 3271 — 3273 — 3275 — 3309 — 3310 — 3312 (Argos) — 3322 (Tiryns) — 3348 — 3360 (Epidaurus) — 3368 (Trozan) — 3369 — 3377 (Methana) — 3405 — 3406 (Hermione). —

Caput primum.

I. De vocalibus.

§ 1. De vocali ᾰ.

In dialecto Argolica vocalis ᾰ memorabilis est

a) in nomine *κράτος*.

Ἐπ]ικράτε̄ς 615, 4 (Argos) — *Ἀριστοκράτης* 1484, 43 (Epid.) — *Ἀγλωκρά[της]* 757 B 7 (Troz.) — *Ἀριστοκράτεος* 861 (Meth.) — *Σωκράτεος* 731 I 6 (Herm.).

Gradus reductus huius stirpis in titulis Argolidis solus invenitur, nunquam **κρειεσ-*, quem gradum dialectus Achaeorum [1]) ostendit.

b) in nomine *θρασύς*.

Nomen *θέρσος* in nominibus propriis semper gradum normalem i. e. vocalem *ε* ostendit; gradu reducto ut in ceteris dialectis ita in Argolica utitur adiectivum *θρασύς* cf. *Θρά῾υλλος* 618 II 5 (Arg.) — *Θρασυμήδης* 1484, 45/46 (Epid.) — *Θράσωνι* 1484, 293. 295.

Adnotatio. *θάρσει* 950, 68 (apud Isyllum) forma epica est. — De *θέρσος* cf. § 6a.

§ 2. Vocalem *α* Argivi una cum ceteris Doriensibus pronuntiant pro vocali *ε* Ionica et Achaica:

a) **Ἀρταμιτ-*

Ἀρτάμι 513 (A, M) — 577 (A, M, I) (Arg.) — *Ἀρτάμιτος* 770 (saecl. III). — *Ἀρτάμιτι* 763, 3 (saecl. IV) — 775 (verg. saecl. III) (Troz.) — *Ἀρτάμιτι* 914, 4 (»*titulus antiquior anno fere 410 credi vix potest*« Fränkel) — 977 — *Ἀρτάμιτος* 1194 (saecl. IV) — 1191 (saecl. III) 1197 (ϵ) — 1187 (»*Époque basse romaine*«

---

1) O. Hoffmann: Die griechischen Dialecte I 141 seqq. et II 309.

Blinkenberg Nord. Tidsscr. III, p. 165 no. 13). Ἀρταμιτίου 1485, 37. 68. 107. 121. 125. 129. 135. 139 (saecl. IV) — 1492, 18 (saecl. IV/III) — 1496 (IV/III saecl.) (Epid.)

Haec forma dialectica diu floruit cf. tit. 1187, qui titulus tempore Romanorum scriptus est. Irrepserunt iam III. a. Chr. nat. saeculo formae non dialecticae cf. Ἀρτέμιτι 1083, 9 (III a. Chr. n. saecl. Epid.) — Ἀρτεμιτίωι 840, 9 (»*titulum dixeris esse fere vergentis tertii a. Chr. n. saeculi*« Fränkel) (Cal.).

Adnotatio. Ἀρτε[μίδōρος] S.G.D. 3266 d 7 (saecl. V) lectio incerta est.

b) *ἰαρο-

ἰαρομνάμονες 516, 3 — 517, 3 (tit. vet.) — 521, 6 (saecl. IV) — [ἰ]αρά 517, 2 — ἰαροῦ 616, 2 (saecl. IV) — ἰαρ- 616 (10 x) — (Arg.) ἰαρō 1607, 16 (bustroph. Cleon.) — Ἰά[ρω]νος 853, 8 (saecl. I. Meth.) — ἰαρόν 823, 28 (saecl. IV) — ἰαρομναμόνων 823, 1 — ἰαρεύς 766, 2 (saecl. IV) — ἰαρῶι 748, 15 (saecl. IV) — 757 B 14' (saecl. II) — ἰαρά 757 B 31 (Troz.) — ἰαρόν 1484 A I 6. 15 (saecl. IV ineunt.) — 1485, 22. 67. 86. 87. 99. 131 (saecl. IV) — 951, 10. 35. 39. 42. 59. 79. 109. 126 (saecl. IV verg.) — 952, 27. 80 — 950 B 10 (carm. Isylli, saecl. IV) — ἰαροῦ 951, 5. 21 — ἰαρῶι 951, 23. 74. 121 — ἰαρῶν 952, 37. 71 — ἰαρ[-- 1505 — ἰαρε[ύς] 1027, 2 — 1036, 1 — 1546 (saecl. III) — 1182 (saecl. II) — ἰαρεῦς 1492, 26. 32 (saecl. IV vel III) — 1485, 21. 119. 127. 134. 137. 139 — ἰαρέος 1485, 52. 143. 146 (ter). 147. 152 (bis). 154. 156. 161. 162. 174 (bis). 178 — ἰαρρεύς 952, 14/15 — ἰαρεῖ 1485, 16. 48. 141 — ἰαρεὺς ἐών 975 (saecl. V vel IV) — ἰαρ[ώ]ματα 917, 8 (saecl. IV) — ἰαρομμνάμονες 914, 10 (saecl. V. verg.) — 990. 991. 992 (saecl. III vel II) — ἰαρομναμόνων 1492, 7. 10. 16. 18. 22. 26. 33 — 1491, 7. 8. 15 — ἰαρομνάμοσιν 1492, 21 — ἰαρομνάμονε 971 — 972 — 978 — 979 — 980 — 981 — 982 — 989 (tit. IV et III saecl.) — ἰαρομναμονήσας 993 — Ἰαροκλεῦς 925, 25 (saecl. III) — 1492, 19 — Ἰαροκλέος 1181 (saecl. IV) — 894, 32 (saecl. II) — Ἰαροκλεῖ 1485, 106 — Ἰαρώνυμος 1113 (saecl. III verg.) — 1485, 120 — Ἰαρωνύμου 894, 44 — Ἰάρων 894, 22. 44 — Ἰάρωνος 894, 21 (Epid.) — ἰαρομνάμονας 493 (tit. vet. Myc.).

ἰαρο- respondet voci sanscr. *iṣirá-* : gr. α = scr. *i* = idg. ə. Forma vulgaris primum legitur in tit. 951, 31: ἱερόν (Epid.) (et ἱερόν 952, 76 eodem fere tempore).

Adnotatio. ΕΙΑΡΩΝ in tit. 923, 2 (Epid.), etsi interpunctio verborum deest, -ε Ἰάρων intellegi potest, nam [Κλ]ειάρων adhuc testimoniis non comprobatur.

c) *ἁτερο- ἅτερον 914, 9. 13. 27 (saecl. V verg.) — 1484 B 91. 98. 99 — ἁτέρας ibid. B 112 — ἁτερόπτιλλος 951, 72 (saecl. IV Epid.).

ἁτερο- natum est ex *sm̥tero- vel *sn̥tero-; ἑτερο- ex ἁτερο- assimilatione prioris vocalis α ortum est, cum syllaba prima carebat accentu (cf. Joh. Schmidt KZ. XXXII p. 368).

d) γά τύγα 950, 63 (Isyll.) — γα 506, 10 (bustroph. Argos).

e) κα 498, 4. 8 (saecl. II) — 521, 2. 8 (Arg.) — 679, 34 (saecl. III vel II. Herm.) — 748, 21 (saecl. IV) — 752, 8 (saecl. II) — 757 A 7 (saecl. III) 760, 3 (saecl. V) (Troz.) — 840, 12. 15 — 841, 8 (saecl. III. Cal.) — 950, 34. 35 (Isyll.) — 951, 60. 62. 70. 84 — 1484, 65 (saecl. IV. Epid.).

f) τόκα 950, 7 (Isyll.) — ὅκα 840, 12 — 950, 58 — αὐτίκα 950, 36.

Adnotatio. Quomodo formae γα, κα formis γε, κε, κεν respondeant, adhuc non satis perspectum est. Titulus 950 (Isyll.) in partibus epicis κε 29 κεν 14 habet, in oratione soluta κα 34. 35. — Commemoro hoc loco postpositionem ἕνεκα, quamquam eam non solorum Doriensium esse propriam haud ignoro. Forma ἕνεκα ab antiquissimis temporibus (cf. 554, 4 Argos.) usque ad tempora imperatorum Romanorum (cf. 590, 27. 595. 598. 606. 608 etc.) saepissime legitur. ἕνεκε[ν] primum saeculo a. Chr. n. tertio scriptum videmus; 1419, 3 Epid. (ἕνεκα 1418, 4 Epid. et 748, 9 Troz. saecl. IV).

§ 3. Vocalis ᾰ respondet vocali ο aliarum dialectorum:

a) vocali ο dialecti Achaicae:

1) ante et post liquidam ρ et nasalem ν:

ἀνά = achaice ὀν cf. O. Hoffmann Dial. I 154 et II 353. ἀνθέσιος 1484, 228 — ἀγγροφᾶς 1485, 140 (et ceter. testim. v. s. v. »ἀνά«).

*στρατο- cf. ach. στροτο- O. Hoffmann l. c. II 357 sequ. Στράτων 1112. 657. 1248. — [Σ]τρατωνίδας 967.

2) orta e nasali sonante n̥, m̥:

δέκα cf. arcad. δέκο O. Hoffmann I 171. δεκάταν 977 — cf. § 52.

ἑκατόν cf. arcad. ἑκοτόν O. Hoffm. I 171. ἑκατόν 823, 54 cf. § 52.

b) vocali ο dialectorum Achaicarum, Ionicae, Atticae:

*-κατιο- ion. att. ach. -κοσιο- πεντακατίαυς 498, 3 cf. § 54.

c) vocali *ο* dialectorum Heracliensis et Eleae:

καθαρο- (tab. Heracl. *κοθαρο-* cf. Meister: De dial. Heracl. Curt. Stud. IV 373 et G. Meyer Griech. Gramm.[3] p. 71) *καθαράς* 840, 12 (Cal.) — *ἀγκάθα[ρσιν]* 742, 1 (Herm.).

§ 4. *κραμάσαι* 952, 3 (Epid.)

e *κρεμάσαι* ortum esse suspicor: cum vocalis *ε* accentu careret, facile fieri potuit, ut vocali insequenti assimilaretur cf. *Μελαγκόμας* > *Μαλαγκόμας*, *Ἑκάβη* > *Fακάβα* (aliaque hui. generis testim. ap. Joh. Schmidt KZ. XXXII 321 ss. potissim. p. 355 et Brugmann Grundriss[2] I 835).

Quam Baunack Stud. I 132 protulit explicationem, probare non possum. Baunack aoristum *κραμᾶσαι* ad verbum **κραμάω* a nomine **κραμά* = *kr̥má* derivatum refert. At neque tale nomen neque levis forma *κραμ-°* tradita est. Accedit, quod *κρεμάομαι*, quo Baunack sententiam fulcire studet cf.

ἵνα τις τὸ μὲν φοβῆται
τὸ δ' ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶται (Anacr. 16, 17).

non a nomine **κρεμά* derivatum, sed verbo *κρέμαμαι* ex coniugatione in *-μι* in coniugationem in *-ω* traducto est ortum (cf. *ἀγάομαι* : *ἄγαμαι*, *πιλνάω* : *πίλναμαι*, *δαμνάω* : *δάμναμι* etc.).

§ 5. De vocali *ᾱ*.

Vocalis *ᾱ* dialecti Argolicae respondet primigeniae vocali *ᾱ* (= aeol. dor. *ᾱ*, ion. *η*, att. *η*, post *ε*, *ι*, *ρ* : *ᾱ*).

a) in stirpe harum vocum:

ἁγεμόνας 1484, 100. —

ἁμέραι 841, 28. 33 — *μεθάμερα* 951, 114 — *ὑπεραμερία* 1485, 16. 18 etc.

ἁλιαίαι 479, 1 — 497, 2.

βᾶσσα: *βάσσαις* 757 B 14.

**δᾱμο-* *δᾶμος* 788 — 757 B 18 — *δαμιοργία* 493.

ζαμία: *τὰς ζαμίας* 1508 A 3 — *ἐζαμίωσε* ibid. v. 4.

**καπο-* *κάπου* 823, 17 — *τᾶι ἐπικαπίδι* ibid. v. 19. — *[ἐ]πικα[π]ίδος* ibid. v. 15 — *τὰς ἐπικαπίδας* ibid. 29 (saecl. IV).

Adnotatio. In titulo 757 B 19 scriptum videmus *τοῖς Κηπείδαις* (saecl. a. Chr. II.). Cum in hoc titulo formae dialecticae vigeant, vehementer offendo in vocali *η*; quo referenda sit haec vox, nisi ad *κῆπος*, nescio.

**καρυκ-* *κάρυκι* saepissime in tit. 1484. 1485 etc.

*κλᾱϝι- κλαικός 1484, 110 — κλαίθρου ibid. 294 — ἥρωος κλαικοφόρ[ου] 768 (Troz.) —

λᾱμμα: λάμματα saepissime in tit. 1485 — 1491 — 1492.

*λαο- λαοί 950, 37 (Isyll.) — Λαοδίκα 841, 7.

μάτηρ: [μεγάλα]ς ματρός 757 B 11 (Troz.) — ματρός 1307 (Epid.)

μνᾶμα: μνάμα[σιν] 757 B 6.

*νᾱο- ναόν 481, 4 (Nem. saecl. IV) — 952, 90 (Epid.)

*νασο- νᾶσον 842, 3 (Cal. verg. saecl. III) — νάσου ibid. 8.

πᾶμα: πάμ[ατα] 506, 3 (Heraeum) — παμάτων 521, 5 (vel πᾶμα τῶν?)

πλάν 951, 22 (Epid. saecl. IV).

*σακο- σακοῦ 1485, 124, saepissime in tit. 1484.

σᾶμα 800. 801 (tit. vet. Troz.)

*στα- [ἀ]νέστα 951, 80 (Epid. saecl. IV.)

*φα- ἔφα 951, 46. 84.

*ψαφ- ψάφισμα 559, 10 — ἐψαφίσαντο 606. 15 (tit. rec.)

Adnotatio. Dubia est lectio χ]ραίζων 662, 5 (Arg.) —

b) in syllabis suffixorum:

τρι-ᾱ-κάδι 1485, 13. 47. ἴ-α-τρα 951, 45. ἰ-ᾱ-μάτων ibid. 35. ἀρχ-ᾱ-γέται 906 (Ligur., tert. saecl.) σίδ-ᾱ-ρον 1484 A 61 etc. πισσ-ά-σιος ibid. 238/239. [ἐξ]απίνᾱς 951, 46 (Epid.)

Commemoro potissimum formam contaminatam:

ἑξείᾱς 950, 74 (Isyll.)

cf. Blass Jhrb. f. Phil. und Päd. 1885 p. 826: »ἑξείας 74 *aus epischem* ἑξείης, *wofür wir als dorische Form* ἑξᾶν *kennen.*« —

De declinatione stirpium in ᾱ terminantium cf. § 45. de duali numero coniugationis (ἀνεθέταν etc.) cf. § 53.

c) in nominibus propriis:

Ἁγέμονος 1484, 107 — Ἀδμάτας 531 — Ἀθάνας (gen.) 752, 19. — Ἀθαναίας 554, 1 — Ἁλικός 951, 120 — 952. 19. 69 Ἀσκλαπιῦ 1484, 105. 106 — Ἀσκλαπιόδωρος Ἀσκλαπιάδα 757 B 10 — Ἁφαίστου 1269 — Ἑλλάνων 590, 22 (tit. rec.) — Λατοῦς 1543 Μᾶλος 950, 27 (Isyll) — Μαλεάτα ibid. 27. 31.

d) Copiosius dicendum est de

μάντοι 951, 38 (Epid.)

Cui vocabulo et Baunack, qui cum thess. μά coniungit et Prellwitz, qui κραμᾶσαι conferri iubet, brevem vocalem attribuunt. At, neque, quomodo μά-ντοι e μά ortum sit, intellegitur, neque κραμᾶσαι, quo in vocabulo vocalem ε in α ante alteram vocalem

α mutatam esse supra vidimus, conferre nobis licet. Itaque vocali *α* producta: *μᾶντοι* mihi videtur legendum esse. Vox *μάν* Calaureae invenitur: 840, 15 et 841, 31.

e) In titulo 618 (Arg.) saepius occurrit vocabulum ΚΑΤΑΤΑΝ, quod adhuc non satis explicatum esse persuasum habeo.

ΘΡΑΥΛΛΟΣΚΑΤΑΤΑΝΝΙΚΕΟΣ II 5 i. e. *Θράυλλος καταταν Νικέος.*

ΤΕΛΕΙΠΠΟΣΚΑΤΑΤΑΝΑΡ . . II 8 i. e *Τελέιππος καταταν Ἀρ[χία?]*

ΚΥΜΙΑΣΚΑΤΑΤΑΝΙΥΑ II 9 *Κυ(λλ)ίας καταταν* . . . . . .

ΟΣΛΥΣΙΠΠΟΥ|ΚΑΤΑΤΑΝ . . I 9/10 i. e. . .?]ος *Λυσίππου καταταν..*

Duobus locis vox *καταταν* inter duo nomina conspicitur, quorum alterum est nominativus, alterum genetivus. O. v. Friesen [1]) primus interpretari conatus est vocem *καταταν* (p. 118) in hoc titulo simile quid significare ac verba *καθ' ὑοθεσίαν* »*durch Adoption*«, quae saepius in inscriptionibus occurrunt. Etenim nisus glossis Hesychianis *τήτη· ἀπορία, ἔνδεια, στέρησις* et *τατωμένα· στερομένη* dissolvit litteras *καταταν* in praepositionem *κα* [2]) et in accusativum *τάταν* nominis *τάτα* »*damnum*«, a quo derivatum est *τατάομαι* »*privatus sum, egeo*« cf. *τητώμενος φίλων, ἀνδρός, πατρός, νυμφίου Pind. Soph. Eur.* Nostro in titulo *τὸν δεῖνα κατάταν τοῦ δεῖνος* aut hominem propter orbitatem liberorum pro filio adoptatum aut privignum significare Friesenius suspicatur. At permirum esset, si in eadem inscriptione tot filii adoptivi vel privigni inter viginti fere homines enumerati essent. Quam ob causam mihi videtur esse verisimilius verbis *κατάταν* inter nomen proprium ipsum et genetivum paterni nominis positis: »filium patre orbatum« i. e. patrem defunctum esse exprimi. Itaque, si recte iudico, verba *Θράυλλος κατάταν Νικέος* vertenda sunt: »*Th., Sohn des weiland N.*«

Adnotatio. Temporibus imperatorum vocalis *ᾱ* in plurimis titulis dialectum sola sapit, ut exemplo utar: tit. 590 (temp. Hadr.) praeter *στρατηγήσαντα, Πανέλληνα, Ἑλληνοταμίαν,* habet formas: *ἁ, Ἑλλαδάρχαν, Ἑλλάνων, ἀγωνοθέταν, Ἀσκλαπείων, ἀρετᾶς ἕνεκα* (scribitur iam: *πολειτευσάμενον, φιλοτειμότατα*). Quod Ethnicon *Ἀθηναῖος* (cf. 1485, 55: *Ἀθηναίοιν* saecl. IV) et fortasse vi huius vocis Argivus ille *Ἀθηνογένης* (cf. 1112.

---

1) »Über die sprache der argeiischen dialectinschriften« in: »Upsala Universitets Årsskrift a. 1897 p. 114 seqq.

2) Hanc formam pro *κατα* in usu fuisse ex illo: *κα τὰ ϝεϝρεμένα* 493 (Myc.) apparet.

1113) scribitur, non est mirum. Urbis nomen est Ἀθᾶναι (cf. 1485, 27: ἐξ Ἀθανᾶν, v. 40 ἐς Ἀθάνας).

De vocali ε.

§ 6. Ut aliae dialecti ita Argolica utitur vocali ε in his vocibus:

a) ε : α ἔρσενα 914, 17 (saecl. V IV.) — ἔρσενες 952, 132 (Epid.)

ἄρσην non invenitur in titulis Argolicis. — G. Meyer Griech. Gramm.[3] p. 67 ἐρσ- gradum normalem, ἀρσ- reductum esse putat et cum voce scr. *r̥šabhás* »taurus«, avest. *aršan-* »vir« suo iure[1]) confert. Cum apud Homerum et in dialecto Cretica digamma non inveniatur, stirpes ἀρσ-[2]) et ἐρσ- ad eandem radicem sunt referendae.

*θέρσος : θρασύς.

Θερσάνδρου 823, 32. 38 (saecl. IV) Troz. — Θερσίδαμος 616, 11. 14 (saecl. IV.) Arg. — Θερσίων 529, 18 (saecl. III) Arg. — Φιλοθέρσευς 1485, 119 (saecl. IV.) Epid.

Formae Jonicae μέγαθος respondet forma Argolica μέγε[θο]ς 951, 7/8 (saecl. IV Epid.). Huius vocabuli vocalis ε (pro vet. α) assimilatione orta est cf. G. Meyer l. c. p. 72.

b) ε : ο Ἀπελλ- : Ἀπολλ-

Ἀπελλίωνος 772. 1145. 1481 (Ἀργεῖος) — Ἀπελλ[ᾶν] 679, 22 — Ἀπελλαίου 925, 1. 7. 11. 20 etc. (saecl. III, mensis) — 1485, 2 etc. (saecl. IV) — 1508 A 1.

Incerta stirpis ἀπελ- interpretatio obstat explicationi mutationis vocalium. Si vere Prellwitz B. B. XXIV 214 seq. componit hanc vocem cum vet. germ. *abalôn* »vigere«, vet. isl. *afl* »virtus, auxilium«, ἀπελ- »*validum esse*« significat: vocalis ε in vocalem ο mutata est in iis formis, in quibus in syllaba sequenti vocales ο vel ω pronuntiabantur, veluti Ἀπολλόδωρος 772, Ἀπολλώνιος 730 III 11. Nomen dei est semper Ἀπόλλων cf. Ἀπόλλωνος 748, 17—755, 10 etc.

ὀδελον[ό]μοι 757 b 42 (Troz. saecl. a. Chr. II.)

ἡμιω[β]ελίου 1488, 18 (Epid. saecl. IV.)

Fick B. B. XVI 287 (sub δέλλιθες) stirpem δελ- cum lituan. *gélti* »pungere« (βελόνη »acus«) confert, ὀβολο- (cf. § 11) eadem

1) Avest. ar = scr. r̥ cf. Jackson: An Avesta grammar § 48 — Bartholomae J. F IX. 264 — Brugmann Grdr. I[2] 460.

2) Lectionem Ϝαρρενορ esse dubiam G. Meyer l. c. putat.

vocalium assimilatione ortum est atque Ἀπολ- ex stirpe Ἀπελ- cf. Joh. Schmidt KZ XXXII 321 seq.

Ἀζεσίου 1485, 51. 89 (Epid.)

Ἀζοσίου legitur in vers. 20. 115. 152. 175. Num stirpes huius vocis cohaereant cum radice ζεσ- »fervere«, »aestuare« (Keil. Mitt. XX 422 seq.), pro certo dici non potest. Veri simile est inter Ἀζεσ- et Ἀζοσ- eandem interesse rationem atque inter γόνος, γόνικος, γόνιμος et γένεσις, τὰ γενέσια, γενικός.

Δέρκετος SGD 3266 b 10. c 6 (Arg.)

Δερκίο[υ] 1089 (Epid.)

Δερκέτα 1463 (Epid.) derivatum a δέρκομαι cf. Fick-Bechtel Personnam.[2] p. 93. De Δορκ- cf. § 11 a 1.)

c) ε : ι ἐνς 1485, 40. 75 (Epid. saecl. IV) — 554 (Arg. tit. vet.) cetera testimonia cf. cap. de praepositionibus.

In tit. 1484, 27 scriptum videmus ἰς τό. Cavvadias et Fränkel mero errore exaratum esse ἰς pro ἐς putant, Baunack vero suo iure in hac sententia non est, sed ἰς τό ex ᾿στο (*s̥tó) natum esse dicit (»Aus Epidaurus« p. 30). Hanc Baunackii explicationem sequi non possum; ἐς τό mutatum est in ἰς τό, quod vocalem ε sequuntur duae consonae et insequens syllaba accentum fert.

Adnotatio. Μιλκιδών 1485, 127 errore lapicidae exaratum esse puto, nam in v. 153 Μελκιδών scriptum videmus.

d) ε : ει Εὐκλέων 1484, 48 ex κλεϝο- natum est, ut Κλειμένης 952, 102 (Ἀργεῖος) ex κλεϝι- cf. Fick-Bechtel: Personnam[2] p. 162 seq.

e) ε : η: πλε-: πλη-, πλει-

κατάπλεον 952, 45 (Epid.)

eandem huius radicis stirpem videtur habere πλέ-θρον cf. πλέθρα 524. πλε : πλη = ἱλε- : ἱλη- cf. ἵλεος (Cret.)

θε- : θη-

ἐπανθέματα 526, 6 (Arg.) saecl. III. — ἄνθεμα 951, 7. 59 (Epid. saecl. IV.) — ἄνθεμ' 1117, 7 (Epid.) saecl. II. — ἀντιθέματα 823, 69 (Troz.) saecl. IV.

θῆμα in dialecto Argolidis adhuc non est inventum. Omnes tituli Argolici, in quibus stirps θεματ- legitur, satis bona aetate scripti sunt (saecl. IV—II), etsi interdum formam dialecticam cum vulgari dimicantem videmus. Itaque forma θέμα dialecti propria est, non vindicanda linguae vulgari. θέμα ab eadem stirpe antiquitus derivatum esse videtur mihi atque ἐ-θέ-μην, θέ-μεναι.

Propterea Osthoffium in quarto Quaestionum Morphologicarum volumine recte explicasse arbitror, cum dicit (p. 135 seq.) *θέμα* et *θῆμα* aetate non distare. Cuius sententiae testimonia dialectus Argolica mihi videtur afferre.

Diversam vero ab hac formatione sentio esse originem vocis *θέμα* (similiumque), quae iis temporibus adhibetur, cum dialectorum partes lingua vulgaris explet. His temporibus iuxta formas suffixi *-σι-* (cf. *θέ-σι-ς*) ope formatas eiusdem radicis atque significationis nomina in *-μα* terminantia nascuntur (cf. *θῆ-μα*), quapropter perfacile fieri potuit, ut contaminatione quadam ex *θέσις* et *θῆμα* oreretur *θέμα* [1]). Hoc igitur *θέμα* ab illo temporis dialectorum distinguendum est.

§ 7. *ἑβδεμα[ῖο]ν* 952, 26 (saecl. IV Epid.) — *ἑβδεμήκ[οντα]* 823, 57 (saecl. IV Troz.) — 1488, 28 (?? Epid.)

Stirpem *ἑβδεμ-* ex *ἑβδμ-* natam esse probatur linguis Litu-slavicis (boruss. *septmas*, lituan. *sèkmas*, palaeosl. *sedmyjь*). Sonus igitur vocalis inter *δ* et *μ* interpositae antecedenti vocali assimilatus est cf. Joh. Schmidt KZ. XXXII 325 [2]).

§ 8. Dores et Aeolos suffixis *-θεν* et *-θα* ad formanda adverbia loci usos esse, prout stirpes erant declinabiles aut indeclinabiles, grammatici tradiderunt [3]). In titulis Argolicis adverbia suffixi *-θα* ope formata non inveniuntur, sed apud stirpes declinabiles *-θεν*, apud indeclinabiles *-θε* adhiberi solet et ante insequentem vocalem et ante consonam.

a) stirpes declinabiles:

Περγαμόθεν 1153 (saecl. II. Epid.) ante cons. — *ἔνερθεν Οἰσειάθεν* in fine sententiae 1485, 57 (saecl. IV Epid.) — *ὑπένερθεν* 1484 I 51 (saecl. IV. Epid.) in fine — *Αἰγίναθεν* 1346 (saecl. IV Epid.) in fine tituli — *ϙορινθόθεν* S.G.D. 3263 (saecl. VI. Arg.) in fine tituli. — *Μυκανέαθεν* 492, 2 (Myc. saecl. VI) ante cons.

b) stirpes indeclinabiles:

ἔμπροσθε 823, 45 (saecl. IV. Troz.) ante cons. — *κάτωθε* ibid. v. 43 ante voc. — *ὄπισθε* ibid. 45 ante cons. —

c) formae contaminatae:

---

1) Schweizer: Grammatik der pergamenischen Inschriften p. 47—49.

2) Dissentit Brugmann Grdr. I² p. 838 adnot. tert.

3) Testimonia grammaticorum apud. O. Hoffmann Dial. II p. 274 seq. collecta sunt.

α) suff. -θεν: ἔμπροσθεν 951, 31 (saecl. IV. Epid.) ante voc. — ὕπερθεν 925, 33 (saecl. III. Epid.) in fine sent. — 1485, 144 ante cons.

β) suff. -θε: ὑπένερθε 1484, 46 ante cons.

d) dubium est: ἔμπροσθε[- - 941, B 9 Epid.

De vocali η.

§. 9. Ex consensu omnium dialectorum sequitur genuinam esse vocalem η

a) in his radicibus:

γνη- Θεόγνητος 750, 15.

Ϝρη- ϜεϜρε̄μένα 493.

ἡμερο- ἡμεροφύλλου 950, 20 (Isyll.). Apud Pindarum non nunquam ἁμερο- legimus cf. οἶκον ἅμερον Olymp. XIII 2, cuius vocalis α genuina non est, cf. G. Meyer Gramm[3] p. 40.

ἡμι- hε̄μ[ισυ] 555, 8 (Arg.) — hε̄μίδιμμνον 914, 6. 24 (Epid.) — hε̄μίτειαν ibid. 7. 25. — ἥμισσον 1484, 15. 17 (Epid.) — ἡμιολίωι 1508, 10 (Epid.).

κηρο- κηροῦ 481, 7 (Nem.).

πλη- πλῆθος 952, 32 cf. κατάπλεον § 6 e.

χρη- καταχρῆσθαι 840, 8 (Cal. saecl. III.) — ἔχρη[σε] 952, 78 (Epid.) — παραχρῆμα 952, 100 (saecl. IV).

σκηθ- [ἀσ]κηθής 952, 110 (Epid.) cf. got. *skaþjan.*

ἠθ- εὐηθίαν 951, 74 (Epid.) cf. εἴωθα.

κρηπιδ- κρηπῖδος 1484, 7. 88—1485, 17. 51 (Epid.) a radice **kerep, *korep* cf. Hirt Ablaut p. 78.

κτη- κτήματα 757 A 29 B 35 (Troz. saecl. II.) — ἔγκτησιν 755, 7 (Troz. saecl. III.) — 853, 20 (Meth. saecl. I.) — Vocalem reductam legimus in titulo Troz. 752, 14: ἐγκτάσεις (saecl. II), quam vocem etiam in dialectis Delphica et Corcyraea invenimus: ἔγκτᾰσις : ἔγκτησις = χάτις : χῆρος = ἐρράγην : ῥήγνυμι cf. Joh. Schmidt Pluralbild. p. 411 seq. G. Meyer Gramm.[3] p. 76 et 82 seq.

ἀϜρητ- ἀϜρήτευε 517, 4 (Heraeum) — 553, 3 (Cutsop.) — 616, 3. 5. 10 (Arg.) — ἀρήτευε 497, 4 (Myc.) — 498, 1 (Myc.) — 923, 2 (Epid.).

Explicatio vocis *ἀρητεύω* adhuc incerta est. Sententia Fraenkelii, qui *α* augmentum syllabicum doricum *α* esse iudicat, nullius momenti est cf. G. Meyer Gramm.³ p. 554.

§ 10. b) syllabarum suffixalium:

1) Ut phylae Atticae *Αἰγηίς*, *Ἐρεχθηίς*, *Οἰνηίς* in *-ηις* terminant, ita Epidauriae *Σελεγηίς* 1485, 128 — *Ναυφηίς* ibid. 149 *Λασιηίς* 151 et Trozania *Ὀρεστηί[δαις]* 757 A 20. Haec terminatio *-ηις* a stirpibus in *-ευς* est derivanda (*ηις* = *ηϝις*). Interdum legitur gradus normalis huius suffixi: *Κωλείς* 1485, 140 — 1491, 5 — *Σελεγείς* 1485, 32 — 925, 7 — *Ναυφείδος* 1485, 80. 113 — *Σελεγείδος* 1485, 70 — 1492, 19 — (*τῆς Ἐρεχθείδος* 938, 2).

2) Dialecti proprium est *ἁμαξήας* 823, 56 (Troz. saecl. IV) a stirpe *ἁμαξηϝ-* (cf. *ἁμαξεύς*) formatum.

Utrum *ηϝ* an *ηι* subsit, dubium est in nomine

οἱ Σ(πα)τοληασταί 581 (Arg tit. rec.)

Boeckh (C.J.G. no 1134) hanc protulit explicationem: »*α σπάτος (δέρμα, σκύτος), quod Boeoticum dicitur, et verbo λειαίνω s. λειόω. Sic erunt βυρσοδέψαι*«.

De vocali *o*.

§ 11. a) In his vocibus legitime inter se variant:

1) vocales *ο* et *ε*.

ἀ-ζοσ- *Ἀζοσίου* 1485, 20. 114. 127. 152. 175—1487, 4 (?).

δορκ- *Δόρκις* 967 (Epid.) — *Δορκύλου* 756, 4 (Troz.) — *Δόρκωνος* 618 II 4 (Arg.) — *Δόρκωνι* (*Ἀργείωι*) 1485, 12. 44. 53. derivatum a *δέρκομαι* cf. § 6b: *Δερκ-*.

ἑβδομ- *ἑβδόμας* 596, 7 (Arg. tit. rec.) de *ἑβδεμ-* cf. § 7.

ὀβολ- *ὀβολῶν* 1488, 23. 33. 35. 42. — *ὀβολοῦ* ibid. 45. — [*ἡμ*]*ιοβόλου* ibid. 41 — *τριωβόλου* ibid. 26. De *ὀβελιο-*, *ὀδελο-* cf. § 6b.

γροφ- *γροφο-* 555, 1 (Arg. tit. vet.) — *γροφᾶς* 1484, 271 (Epid. saecl. IV.) — *γροφίδων* ibid. 282. 292. — *ἐγγροφᾶς* 1485, 136 (Epid. saecl. IV.) — *ἀγγροφᾶς* ibid. 140. 177 — *συγγρόφους* ibid. 159 — *γροφεῖ* ibid. 143. — *ἀγγρο*[*φῶν*] 1490, 21 (Epid. saecl. IV.) — [*συγγ*]*ρόφοις* ibid. 31. — *ἀγγροφᾶς* 1492, 10. 23. 34 (Epid. saecl. IV.) — *γ*[*ρ*]*ο*[*φε*]*ῖ* ibid. 20 — *συγγρόφοις* 823, 49 (Troz. saecl. IV.) — *συγ*[*γ*]*ρόφου* 742, 2 (Herm. saecl. IV.) — *γρο*(*φεύς*) 923, 3 (Epid. saecl. IV/III.) — *ἀγγροφέων* 1495, 64 (Epid. saecl. III.) — *γροφέα*

498, 5 (Arg.—Myc. saecl. II.) — *γροφεῖ* ibid. 7. — *γροφεύσαντα* 609, 8 (Arg. lingua vulg.)

Forma *γροφ-* per totam Argolidem in usu erat. Neque vero desunt ex aliis dialectis testimonia: *γροφεύς* in titulo quodam Elidis, *ἀνεπιγρόφως* in tabul. Heracl. legitur. Propterea *ἀντίγροφον* S.G.D. 3430, 21 (Anaph.) non est corrigendum cum Bechtelio. Forma *γραφ-* in titulis Argolidis persaepe legitur. Primum huius formae testimonium esse potest *[γ]ροφο-* in titulo vetusto 555, nam *γροφ-* ex *γραφ-* correctum est. In titulo 1492 iuxta *ἀγγροφᾶς* iam legitur in versu 31 *ἀγγραφᾶς*, in tit. Calaureae vergentis saecl. III *συγγραφάν* (841, 19) invenimus, *νομογράφους* 679, 23 (Herm. saecl. II.) iuxta permultas formas vulgares in hoc titulo scriptum est. Stirps verbi semper *γραφ-* est cf. *ἔγραφε* 1492, 7. 10. 16. 18: *γροφεύω* vero a nomine *γροφεύς* derivatum est. Nominis *γροφεύς* vocalem *ο* non obscuratione quadam auctoribus sive sono liquido sive labiali ex vocali *α* ortam esse constat, sed, ut *πλοκή* : *πλέκω*, *πομπή* : *πέμπω*, *νομή* : *νέμω*, *σπονδή* : *σπένδω* ita *γροφή* : **γρέφω*, ut *πλόκος*, *πομπός*, *νόμος* ita *γρόφος*, ut *πομπεύς*, *νομεύς* ita *γροφεύς*, ut *πομπεύω*, *νομεύω* ita *γροφεύω*.

Ϝοργ- *δαμιοργία* 493 (Myc. tit. vet.) — *δαμιιο[ρ]γοῖ* 506, 7 (Herm. tit. vet.) — *δαμιοργοί* 764, 1 (Troz. saecl. IV) — *δ[αμι]οργῶν* 923, 2 (Epid. saecl. IV/III.) — *δαμιοργῶν* 497, 5 (Arg.-Myc. saecl. II.) — *[δαμι]οργοῖς* 498, 6 (Arg.-Myc. saecl. II.) — *δαμιοργοί* 932, 61 (Epid. exeunte saecl. I.)

In hac forma *δαμιοργός* Brugmann Griech. Gramm.³ p. 72 adnotat. 2, vocalem *ο*, qua prior pars compositi olim finiretur (= *δαμιο-οργος*), ante incipientem vocalem alterius partis elisam esse contendit.

ξοσ- *ἐπιξοάν* 1484, 70. 84 — *ἐπιξοᾶς* 1485, 17. 19 — *καταξοάν* 1484, 29. 56. 85 cf. *ξέω*.

στορ- *στοράν* 1484, 11. 33 cf. palaeoslov. *strěti* »sternere«.

2) *ο : α* *Κόρνους* 952, 29 fortasse comparandum est (cf. *Κορνιάτα* S.G.D. 3025, 13. 14.) «*Καρνεάτας ein berg bei Sekyon*« (Fick, B. B. XXI 267.)

3) *ο : ᾱ* *καταλοβεῖ* 1485, 105 (Epid.) — *καταλοβεῦσι* ibid. 94. 97.

Cum habeamus phoc. *εἰλᾶφει* S.G.D. 1548 b 7, seriem å : å̄, non *ε : ο*, esse agnoscendam arbitror. Radix ergo *l å b est cf. *κατα-λοβ-είς*. **λοβεύς* : *εἰλᾶφει* = *ὄγμος* : *ambāges* = *ὄκρις* : *acer*. — *λαμβάνω* (i. e. *λαβ-*) ad *καταλοβεύς* referendum est, ut *ἄκρις*

ad ὄκρις, ἄγω ad ὄγμος. Vocalis *o* vocis λέλουβα (in dial. Cret. cf. G. Meyer p. 634) non est eiusdem rationis ac vocalis *o* nominis καταλοβεύς, sed λέλουβα formatum est vi aliorum perfectorum: λέλουβα : λαμβάνω = κέχονδα : χανδάνω = λέλογχα : λαγχάνω; perfectum λέλουβα per analogiam additum est ut perfecto πέπονθα (cf. πένθος) praesens πανθάνω.

b) assimilatione nata est vocalis *o* in his vocibus[1]: Τορωναῖος 951, 99 — Κόρκυρα 1504 I 28 — ὀροφᾶς 1484, 46 (Epid.) — 1487, 13. 14. 17 (Epid.) —

Adnotatio. Genuina est vocalis *o* vocis Τροζᾶν cf. Τροζᾶνα 748. 3 (saecl. IV.) — Τροζανίων ibid. 6. 11. 18 — 755, 3. 8 (saecl. III.) — Τροζάνιοι 752, 10 (saecl. II.) Troz. — Τροζ[ᾶνι] 952, 11 (saecl. IV.) — Τροζᾶνα 1484, 204. 219 (saecl. IV.) — Τροζανίων 1485, 55 (saecl. IV.) Epid. — Forma Τροιζάνιος primum invenitur in titulo Trozanio 727, 2, quem Jamot Bull. d. Corr. Hel. XIII p. 195 aetate Macedonica exaratum, Fraenkel vero propter scripturam στοιχηδόν ordinatam quarti esse saeculi putant. — Müllensiefen de tit. Lac. dial. p. 88 fortasse recte iudicat dipthongum οι analogia vocis Τροία esse ortam, quam explicationem sequitur O. Hoffmann Dial. III 427, qui Herodotum iam usum esse forma Τροιζ- testimoniis allatis ostendit.

§ 12. Legitima vox Dorica est τετόρων 1485, 166—1488, 23. 29. 30. 35. 41. 43. 45 (saecl. IV. Epid.). τέτορες natum est e *τέτϝορες cf. scr. *catvāras*[2]), avest. *caþwārō*[3]).

§ 13. De vocali ω.

Cum vocalis ω omnium vocum respondeat vocali ω ceterarum dialectorum, haec fere sunt animadvertenda:

a) vox incerta est: ἀγώνσανς 480, 4 (Nemeae).

b) Epidauri legitur γλώσσαι 951, 117. De γλάσσα, quae vox apud Herodam legitur, cf. O. Hoffmann Dial. III 244.

c) Vocalis ω in compositis nominibus: ὑπ-ωρυφίας 1484, 42 (Epid. saecl. IV.) — ὕδρ-ωπα 952, 1 (Epid. saecl. IV.) — Ἱαρώνυμος 1113—1485, 120. — Ἱαρωνύμου 894, 44 — ζευγ-ώ[χωι] 742, 9 (Herm. saecl. IV.) non contractum ex ζευγο-οχ-° cf. § 67.

---

1) Cf. Joh. Schmidt KZ. XXXII 321 seq.

2) De vocali scr. ā = idg. o cf. Brugmann Grdr. I² 139.

3) Brevis vocalis *a* vocis *caþwărasca* vocali *o* vocis τέτορες non respondet: Jackson Av. gr. § 19.

c) E voce Argolica ἑώρη 951, 66—952, 28 (Epid. saecl. IV) apparet in forma Attica ἑώρων vocalem ω primigeniam neque vero quantitatis transpositione (<*ηϝόρων) natam esse[1]).

§ 14. **De vocali ῐ.**

De pronuntiatione. In vocibus ἅλιιος S.G.D. 3261 (Arg.) — ἐξπριια[μ-?] 506, 6 (Heraeum. bustr.) — δαμιιο[ρ]γοῖ ibid. v. 7. — post vocalem ι pronuntiabatur semivocalis Jod, id quod etiam aliis ex dialectis intellegitur: pamphyl. διιά S.G.D. 1267, 5 — ἀδριιῶνα[2]) ibid. 8; permulta ex dialecto Cypria affert testimonia O. Hoffmann Dial. I 190 seq. et Brugmann Grdr. I[2] p. 257.

§ 15. Legitime inter se variant

a) vocalis ι et vocalis ε in his vocibus:

*ἱστία Ἱστιαί[ον] 530, 3 (Heraeum.)

Hic titulus aetate recentior est titulo illo Hermionensi 679, qui saecl. a. Chr. n. III. vel II. exaratus formam ἑστίαν v. 33 ostendit.

ἰς = ἐς: ἰς τόν 1484, 27 (Epid.) cf. § 6 c.

Adnotatio. In titulis Argolidis adhuc forma Σεκυών non invenitur, sed semper Σικυών, quam analogia vocis σικυά ortam esse putant cf. G. Meyer Gramm.[3] p. 144. Testimonia sunt haec: Σικυῶνα 742, 11 (Herm. saecl. IV.) — ΣΙΚΥΩ[- 485 (Nem.) — Σικυώνιον 788 (Troz. saecl. III.)

b) vocalis ι et dipthongus ει:

τι : τει ἄτιτον 498, 8 (Arg.-Myc. saecl. II.) cf. τείσω, ἔτεισα et ποινή.

ἱκ : εἱκ ἔνικε 801 (Troz.) — ἐξενικοῦσι 823, 49 (Troz. saecl. IV.) — ἀνήνικε 757, A 12. 18. B. 5. 7. 10. 12. 13. 16. 18. 20. 22. 25. 28. 30. 34. 36. 38. 40. — [ἀ]νήνικαν ibid. B 42 (Troz. saecl. II.) — ἀπηνίχθη 1485, 111 — ἀπήνικε 1485, 17. 18. 19. 48. 49. 50. 51. 74. 76. 86. 89. 99. 115. 116. 117 (Epid. saecl. IV.) — ἤνικε 951. 110 (Epid. saecl. IV.) — ἤνικαν 1490, 13. 88 (Epid. saecl. IV.)

Formae ἤνεγκα (cf. ἐνεγκεῖν 951, 108 Epid. saecl. IV iuxta ἤνικε v. 110) et ἤνικα eandem radicem non habent. ἐν-ικ- gradus reductus, ἐν-εικ- gradus normalis radicis **seik* est, cf. lit. *sěkiu* »ὀρέγω«. ἐν-ἱκ et ἐν-εἱκ confusa sunt cum ἤνεγκα, cuius a significatione non multum distabant. Verbum ἤνεγκα redupli-

---

1) Cf. Prellwitz adnotat. ad tit. 3339 S.G.D.

2) Attulit Prellwitz in adnot. ad tit. 3261 S.G.D.

catione formatum est et cum voce scr. *açnóti* (»assequitur«) coniungitur: *aç*: *ἐγκ* = *n̥k̂*: *en̥k̂*. cf. Brugmann Gramm.[3] p. 276.

ἰκ : *εἰκ* *Ἰκαδίων* 1484, 80 (Epid.)

Εἴκων S.G.D. 1879, 2 (Delph.) invenitur cf. Fick-Bechtel Personnam.[2] p. 107.

Ποσι- : *ποσει-* *Ποσιδαίου* 1485, 35. 79. 113. 129 (mens. Epid.)

Nomen dei semper est *Ποσειδᾶνι* 499 (Myc. saecl. III.) — 840, 2. 5 (Cal. saecl. III.) — 841, 3. 14. 21 (Cal. saecl. III.) — 843—845 (Cal. saecl. III.) — 1317 (Epid. tit. rec.) — *Ποσειδᾶνος* 752, 18 (Troz. saecl. II.) — 842, 4 (Cal. saecl. II) — 1316 (Epid. saecl. III) cf. etiam *Ποσείδαια* 1136, 9 (tit. rec.) et nomen [*Πο*]*σείδαιος Βίωνος* 1506, 34 (Epid. saecl. III). Forma nominis *Ποσιδῶν* terminatione »*ων*« (pro *-αν*) iam demonstrat hanc formam non esse dialecticam cf. *Ποσιδῶνι* 1095 (tit. rec.) — *Ποσιδώνιος* 1539, 5 (tit. rec.) — *Ποσιδωνίου* 853, 8 (Meth. saecl. I ?) —

§ 16. I. Ut in dialectis Boeotica, Cretica, Laconica, aliisque ita in Argolica permulta sunt testimonia vocalis *ε* in *ι* transformatae[1]) insequentibus vocalibus *ο* vel *α*:

a) Argos. *Θίοπος* 561 (tit. vet.) — *Θιοδέ(κτας)* S.G.D. 3312 — *Θιωνίς* 1112 (Argivus quidam. saecl. III.) — *Θιο*[- 530, 16 — *Θιοφαν-* ibid. 18.

b) Epidaurus: *θιοῖ* 914, 5. 27 (saecl. V.) — *Θιάρης* 1484 I 49 (saecl. IV.) — 973—906 (Liguri saecl. III.) — *Θιόσοτος* 1484, 92 — *Θιοτι*[- 1505 — *Θιαίου* 1485, 107. 109. 112 (saecl. IV.) — *Θιοκύδευς* 1508 A 1 (saecl. III.) — *Θιοφάνευ*[*ς*] 925, 25 (saecl. III.) — *Θιοτέλευς* ibid. 28. 30. — *Θιοκλείδας* 894, 45 (saecl. II.) — *Θιοκλείδα* 1148 (tit. rec.) — *Θίασον* 1472 (tit. rec.).

Bona iam aetate legitur *θεο-* iuxta *θιο-* cf. *-θεος* 616, 17 (Arg. saecl. IV.) — *Θεόδοτος* 1484 septies (Epid., bis *θιο-* invenitur cf. supra, saecl. IV). In tit. 951 et 952 (saecl. IV) *θιο-* non invenitur (cf. *θεόν* v. 2 etc.), variatur etiam *ι* et *ε* in tit. 925 (saecl. III), ubi in v. 27 legitur: *Θεοκτᾶς Ἡραεύς*. Tituli Hermionenses formam *θιο-* non ostendunt cf. *-θεος* 684 (E = *ε*, *η*; O = *ο*, *ω*; F) et *Θεόθωρος* 687 (saecl. I), item tituli Trozenii cf. *θεόν* 760, 4 (saecl. V.).

II.) *ει* pro *ε* ante insequentem vocalem *ο* scriptum videmus in voce *Διοφάνειος* 928, 2 (Epid. saecl. II.) pro *Διοφάνεος*,

---

1) Solmsen KZ. XXXII 513 seq. potissim. 548 seq.

qua scriptura pronuntiatio angusta et clara vocalis *ε* comprobatur cf. G. Meyer Gramm.^{3} p. 221 seq.

§ 17. **De vocali ῐ.**

a) Pro *γίγνομαι*, ut in plurimis dialectis, ita in dialecto Argolidis pronuntiatur *γίνομαι* (<*γιννομαι) cf. *γίνονται* 1485, 217. 267. 284. 298. 326 (Epid. saecl. IV.) — 1497—1498 (Epid. saecl. IV/III.) — *γίνεται* 1487, 10. 14. 15. 17 (Epid. saecl. IV/III). — 1491, 25 — 1492, 11. 14. 30. 31. 35 — *γίνεσθαι* 951, 35 — *συγγίνεσθαι* ibid. 105 (Epid. saecl. IV.) — [*πα*]*ραγινομένους* 679, 15 (Herm. III/II saecl.)

b) *ἱράναι* 917, 6 (Epid. saecl. IV.)

Cavvadiae, quocum consentit Fraenkel, lapicida litteram *ε* ante *ι* omisisse videtur, itaque (*ε*)*ἱράναι* legit, quam formam in ceteris titulis Epid. invenimus: *εἱράναι* 915, 5 (saecl. IV.) — 916, 12 (saecl. IV.) — 918, 11. 919, 10. 921, 4 (saecl. IV.) — 925, 19. 24 (saecl. III.) — 950, B 24 (Isyll.) — etiam in tit. Troz. legitur: *εἱράνας* 752, 2—756, 20 (saecl. II.) Neque vero *ἱράναι* in *εἱράναι* mutari necesse est: formam *ἱρ-°* iuxta *εἱρ-°* etiam dialectus Laconica adhibet cf. Müllensiefen l. c. p. 48 et 49 et Boisacq dial. dor. p. 72. Prisciani errore (I 22) ortum est *Ϝειρήναν* cf. Solmsen Unters. z. gr. Laut- u. Versl. p. 131.

Adnotatio. Primum legitur pro *ει* monopthongus ῑ in voce *καλῖσθαι* 497, 12 (Arg.-Myc. saecl. II.) — Vocalis *ι* vocis *ἔνικ*[*ε*] 801 (Troz.) in versu heroico thesin tenet, id quod vocalem longam esse non satis demonstrat.

§ 18. Primigenam formam ostendit *ἴκατι* 1488, 26. 43. 45. 46 (Epid. saecl. IV.) — *Ϝίκα*[*τι*] 553, 1 (Cutsop.) *Ϝῖκατι* = lat. *vīginti.*

De vocali ῠ.

§ 19. De pronuntiatione. Cum vocalis *υ* temporibus vetustis apud omnes Graecos *u* (non *ü*) pronuntiaretur, etsi testimonia ex titulis Argolicis afferri non possunt, tamen eadem pronuntiatio etiam nostrae dialecto tempore vetusto est vindicanda. Recentiore vero aetate *ü* pronuntiatum est, id quod scriptura[1]) tituli 728[2]) (Herm.) docet, quo in titulo genitivi *Δάμωνους*

1) In titulo Epid. 977 APTAMITI, non *Ἀρτάμυτι* (sic S.G.D. 3335) scriptum est.

2) »*Les caractères sont d'une bonne époque.*«

v. 13 et *Νίκωνους* v. 30 pro *Δάμωνος*, *Νίκωνος* scripti sunt. Si *υ* eo tempore *u* pronuntiatum esset **Δάμωνυς*, (pro *Δάμωνους*) suffecisset.

§ 20. Alternat vocalis *υ* Argolica

a) cum vocali *ο* in his vocibus:

Ὀνυμ[ακ]λέος 757 B 40 (Troz.) — *Ἰαρώνυμος* 1113. — *ὑπωρυφίας* 1484, 42 cf. *ὀροφᾶς* § 11 b.

b) cum vocali *ι* in *Ἀμφικτύονα* 590, 15 (Arg. tit. rec.). *κτύων* et *κτίων* ex eodem nomine **ktiu̯ōn* orta sunt: *κτίων* ex *ktíu̯ōn*, *κτύων* ex **kti̯ú̯ōn*.

§ 21. **De vocali *ῡ*.**

Hic unam affero vocem: *ξῡνόν* S.G.D. 3270 (Arg. tit. vet.) —

II. De dipthongis.

A. De dipthongis vocalem *ι* continentibus.

§. 22. **De dipthongo *αι*.**

a) Duae antea separatae vocales coaluerunt:

**παϝι- παῖς* 951, 41. 43 (Epid.)

b) Pro coniunctione *εἰ* utitur dialectus Argolica forma *αἰ* 1607, 7 (Cleon. bustroph.) — 493 (Myc. tit. vet.) — 554, 1. 6 (Arg. tit. vet.) — 951, 60. 69 (Epid. saecl. IV.) — 521, 2. 8 (Arg. saecl. IV.) — 498, 8 (Arg.-Myc. saecl. II.)

Apud Isyllum (tit. 950) scriptum videmus *αἰ* in versibus 3. 5. 8, *εἰ* in versu 30. — In titulo 951 cum coniunctione *αἰ(κα)* alternat *εἰ* in sententiis conditionalibus (cf. v. 12 *εἰ* — »*wenn*«), in sententiis vero interrogativis semper *ει* (»*ob*«) usurpatur (16. 18. 30. 58). *εἰ* est forma locativi stirpis pronominis relativi *ὁ*, *αἰ* eiusdem stirpis forma feminina. — In titulis Calaureae 841, 31 et 840, 15 (verg. saecl. III.) legitur *εἶ μάν* (= *ἦ μήν*). Primum pro *αἰ* adhibetur *εἰ* in titulo 951, 12.

c) Incerta est explicatio dipthongi *αι* in nomine proprio *Αἰσκλαπιός*: *Αἰσκλαπιῶι* 1202 (Epid. tit. vet.) — *Αἰσκλαπιέ* 1203 (Epid. tit. vet.) — ΤΩΙΑΙΣΚΛΑΓ[*ιῶι*] 771 (Troz.)

Haec forma *Αἰσκλαπ-°* etiam »*in femoribus iuvenis nudi aenei, qui repertus Bononiae, nunc asservatur in bibliotheka Parisina*« incisa est (cf. Fraenkel adnot. ad tit. 356): *Αἰσχλαβιῶι*.

Nomen latinum Aesculapius formam *Αἰσκλαπιός* resipit. Fortasse *Αἰσκλαπ-°* forma vetusta nominis est, etsi iam vetere tempore legitur *Ἀσκλαπιῶι* 1205 (Epid.), quae forma in ceteris titulis Argolidis, qui hac voce utuntur, sola invenitur.

§ 23. **De dipthongo** *ει*.

Dipthongi *ει* duo sunt genera:

1) dipthongus est primigena aut ex *ε* + *ι* contracta.

2) dipthongus est productione suppletoria orta, de qua cf. § 29, aut ex *ε* + *ε* contracta cf. p. 32.

Primigena aut ex *ε* + *ι* contracta est dipthongus:

1) in stirpe nominum:

ἀπόδειξιν 749, 8 (Troz. saecl. IV. vel III.) cf. in dial. Ion. *ἀπόδεξις*.

εἰράνα cf. testim. § 17 b.

κλεισίαι (dat.) 1491, 21. 30 (Epid.) cf. got. *hleiþra*, *ufarhleiþrjan* »*ἐπισκηνοῦν*«. Fraenkel vehementer errat, cum putat vocem *κλεισία* nihil attinere ad vocabulum *κλισία*: *κλεισία* est gradus normalis, *κλισία* gradus reductus eiusdem stirpis.

λειτουργίαις 944, 10 (Epid.) a radice **lei̯*.

I. Adnotatio. *λιτουργίας* in tit. rec. 714, 8 (Herm.) invenitur, qui nullam retinuit formam dialecti.

Κλει-° (cf. Fick-Bechtel Personnam.[2] p. 163) ex *κλεϝι-°* *Κλείδικος* 1485, 144 — *Κλειμένης* 952, 102 — *Κλεισθένης* 1114 — *Κλεισθένευς* 971—972 — *Κλεισθένεος* 894, 34. 41 — *Κλεισθένει* 823, 36. 42 — *Κλεινίας* 1484, 83. —

II. Adnotatio. *Κ]λισθένει* 1485, 236 errore lapicidae pro *Κλεισθένει* (cf. 1114 etc.) scriptum est, in eodem titulo v. 144 *Κλείδικος* legitur. Errores saepius in hoc titulo inveniuntur cf. v. 37 ΕΦΟΔΓΑ pro *ἐφόδια* etc.

τει- *ἀποτεισάτω* 752, 4 (Troz. saecl. II) cf. *ἄτιτον* § 15 b.

Φλειοῦς: *Φλειάσιος* cf. 727 A 4. 5. (Herm. saecl. IV.) — *Φλειασ[ίων]* 1105 (Epid. saecl. IV. vel III.)

III. Adnotatio. Saeculo a. Chr. n. altero *ι* pro *ει* iam scriptum videmus cf. 757 (Troz.) B 24 *Φιδωνίδας*, B 28 *Ἀλφιόδωρος*, fortasse [*Κ*]*λισ*[*θένεος* ? ?] B 7.

2) in flexione et syllabis suffixalibus: *δυεῖν* 1485, 173. 176 — *οὐθαμεῖ* 952, 22 — *Καρνεῖος* 1485, 56 (Epid. mensis.) — *Οἰσείας* 1485. 144 (ordo gentilis.)

§ 24. **De dipthongo** *οι*.

a) Genuina est dipthongus in nominibus: *στοιβᾶς* 823, 61

(Troz.) — 1485, 19 (Epid.) — Οἰσείαθεν 1485, 57 — [Φοιτίαι 1504, 11 cf. Thuc. III 100, 2: ἐχώρουν διὰ τῆς Φυτίας, ubi Boeckh suo iure coniecit Φοιτίας cf. Baunack Philol. LIV 54].

b) Propria est complurium dialectorum (Delphicae, Locrensis, Corcyraeae, Boeoticae) praepositio ποί. Etiam dialectus Argolidis hac praepositione utitur et testimoniis abundat:

ποῖ(τὰς) 506, 11 (Heraeum. bustroph.) — 760, 4 (Troz. saecl. V.) — 823, 27. 42. 50. 56 (Troz. saecl. IV.) — 1484, 61. 63. 242. 243. 262. 297. 298. 302 (Epid. saecl. IV.) — 1485, 62 (Epid. saecl. IV.) — 951, 3. 15. 23. 34. 44. 55. 67. 72 (Epid. saecl. IV.) — 952, 13. 37. 41. 42 (Epid. saecl. IV.) — 950, 20 (Isyll.) — 742, 19 (Herm. saecl. IV. vel III.) — 750, 4 (Troz. saecl. III.) — 841, 24 (Cal. saecl. III.) — 757, B 6. 14 (Troz. saecl. II.). Etiam in compositis vocibus: ποιδεῖσθαι 951, 13 — ποιθέμεν 951, 17 — ποιτάξαι 952, 39 — ποιδῆσαι 952, 41 — ποιτάσσειν 952, 89 — πο[ιστά]σει 1484, 41. Dubium est ποὶ γωνοῖς 483 (Nem.) — Praepositionem ποῖ semper vox a consona incipiens sequitur. Unam syllabam esse pronuntiandam, non duas, versu illo Isylli confirmatur (v. 20):

ποῖ δ' Ἀσκλαπιὸν ἔρνεσι ἐλαίας ἡμεροφύλλου.

ποῖ cum lett. pì, lituan. apė̃ (Bezzenberger B. B. VI 94) esse coniungendum arbitror.

B. De dipthongis vocalem υ continentibus.

§ 25. De dipthongo αυ.

Obscuratione quadam ex αο factum est αυ, ut persaepe in dialectis, Λαυδίκα 904 (Epid. A) [et ναυφυλάκων = ναοφυλ-° in tit. 1547, 8 Epid. saecl. post. Chr. n. II]. Ex αυ nunquam oritur αο.

§ 26. De dipthongo ευ.

Ut αο, ita εο obscuratur. Haec dipthongus ευ persaepe invenitur cf. Κλευσθένευς 1485, 137 (Epid. saecl. IV.) — Θεύδωρος 1381 (Epid. saecl. III.) — Θευ[δ]ώρου 925, 38 (Epid. saecl. III.) — Κλεύδαμος 1107 (Epid. saecl. III.) — Θευνόστου 731 I 7 (Herm. saecl. III. vel II.) — Θεύπομπος 728, 3 (Herm. saecl. IV. vel III.) — Θεύδωρος 894, 39 (Epid. saecl. II.) — Θεύδωρον 790, 2 (Troz.) — Κλευκράτεος 530, 12 (Arg. tit. rec.) — Θευδόσιος 1241 (Epid. tit. rec.) — De genetivis in -ευς terminantibus cf. § 49f.

§ 27. De Dipthongo *ου*.

Hoc loco affero nomen propr. *Κουίδας* 987 (Epid.), quod fortasse ortum est ex **ΚοϜϜίδας* >**ΚουϜίδας*. — Particula *οὖν* in titulis Troz. 749, 10 (saecl. IV) et 750, 29 (saecl. III) legitur.

§ 28. C. De dipthongis, quarum pars prior longa vocalis est.

a) Augmento temporali dipthongi *ευ* in *ηυ*, *οι* in *ωι* productae sunt: *ηὗρεν* 950, 10 (Isyll.) — *ἀ[ν]ηῦρε* 952, 26 (Epid. saecl. IV.) — *ὤιχετο* 950, 72 — *ἀνωῖξε* 951, 80. 87 (Epid. saecl. IV.) — *ὠικοδομήθη* 823, 43 (Troz. saecl. IV.) — Haec sola testimonia productionis sunt. In iisdem titulis, in quibus hanc productionem conspicimus, etiam dipthongos non mutatas legimus cf. apud Isyllum (950) v. 8 *εὐξάμαν*. De dipthongo *αι* nihil certi constat, quoniam e scriptura non perspicitur, utrum vocalis *α* longa sit necne [1]).

b) Longa dipthongus legitur in vocibus: *σώιζοντι* 950, 70 — *Κωμωιδίωνι* 1485, 90. 102. 104 (Epid. saecl. IV.): *Κωιμωιδίωνι* in versu 94 errore lapicidae legitur. In titulo recenti 1508 C 6 *κωμοιδός* (Epid. saecl. a. Chr. I ?) scriptum est, tituli vero 1146 et 649, qui titulo 1508 recentiores sunt, vocalem *ω*, non dipthongum *ωι* ostendunt: 1146, 3 [κ]ΩΜΩΔΙΩΝ et 649, 5 *ῥαψωδέ* (ω, є, vox neogr. *τριάντα* in hoc tit. iam legitur.) — ΧΡΗΙΣ 482, 1 (Nem.): num sit *χρηίσ[ας]* dubium est. — *θ]ōίαν* 555, 3 (Arg.): haec vox tres syllabas habet cf. Archiloch. frgm. 92 (Bergk-Hiller = 109 Bergk mai. edit.): *ὡς δ᾽ ἂν σε θωϊὴ λάβοι*. cf. locr. S.G.D. 1479: *θώϊ᾽ ἔστω*.

c) In syllabis suffixalibus et in flexione: *Βουνώια* 1485, 101 (curia). — *τοῖς Ὀρεστηί[δαις]* 757 A 20 (Troz.) — [*ἐ*]*πιτεχνοῖτο* 506, 5 (Heraeum tit. vet.) — cf. etiam *ωι* et *āι* in dativo stirpium in *ο* et *ā* desinentium.

I. Adnotatio. Longa est dipthongus *āι* in *κλαικοφόρου* 1300 (Epid.) — *κλαικός* 1484, 110 (Epid.) — *κλαίθρου* ibid. 293. Fortasse vocales *κλαι-* (ex *κλαϜι-*) diaeresi disiunctae sunt. —

II. Adnotatio. Vox *ἡρώσσα* dipthongum in titulis non ostendit cf. *ἡρώσσαι* 764, 1 (Troz. saecl. IV.) — *ἡρωσσᾶν* 1301 (Epid. saecl. IV. vel III.) —

---

1) Item vocalis *α* longa est apud Isyllum in voce *ᾶγε* 58, brevis in voce *ἄκουσαν* 74.

§ 29. III. De productione suppletoria.

In omnibus dialectis Graecis praeter Thessalo-Aeolicam, si spirantes σ, ϝ, j cum liquida vel nasali coniunctae evanescunt, vocalis antecedens produci solet. Ratio igitur dialecti Argolicae haec est:

a) **Vocalis + s + nas. vel liq.**

*asm- ἀμῶν 559, 6. — 853, 18 etc. cf. § 51. — scr. *asmān* »nos« (acc.), aeol. ἄμμες, ion. att. ἡμεῖς.

*Διϝοσνυσος: Διϝωνυσ[- 529, 20 (Heraeum saecl. III.) — Διϝων[- ibid. 21. — Διωνυσίου 530, 21 (Heraeum. tit. rec.). — Forma Διόνυσος saepissime invenitur: Διονυσοδώρου 1485, 147 (Epid. saecl. IV) — 925, 44 (Epid. saecl. III) — Διονυσοδώρωι 1492, 28 (Epid. saecl. IV.) — Διόνυσος 727 A 1 (Troz. saecl. IV.) — 728, 23 (Herm. saecl. III.) — Διονυσίου 570 (Arg. saecl. III.) — Διονυσία 841, 7 (Cal. saecl. III.) et saepissime in tit. rec. — De formis Διώνυσος et Διόνυσος cf. Διόσδοτος et Διόδοτος.

Adnotatio. Utrum Διο- an Διω- legendum sit, incertum est in tit. 512: ΔΙϜΟΝΥΕΙΟ, nam quartae *»litterae punctum verisimillime laesione ortum esse dicit editor«* (*Wheeler* cf. Fraenkel l. c.).

*ἐσ-μ cf. scr. *asmi* »sum« lesb. ἔμμι, ion.-att. εἰμί. ἐμεν 493 (Myc.) — ἐμί 1169 (Epid. tit. vet.) — 566 (Arg. tit. vet.) Dubium est ἐμ' 495 (Myc. ἐμέ? ἐμί?). Forma εἰμί iam in titulis vet. legitur cf. ϜΙΜΙ 507 (Heraeum) — ϜΙΜϜΝ 1607, 4. 6. 9. 11. 13. (Cleon. bustr.) — In iis vero titulis, qui litteris iam Ionicis scripti sunt, et ει et η pro vetusto ε scribitur, quae litterae, quod ad pronuntiationem attinet, non sunt diversae: ἦμεν 498, 10 (Arg. saecl. II.) — ἠμ[ί] 631 (Arg. saecl. IV.) — at [ε]ἶμεν 559, 7 (Arg.: Α); alia testim. cf. § 65.

*κρασνα: κράνας 951, 64 (Epid.) — ἐπικράνων 742, 18 (Troz.) cf. O. Hoffmann Dial. III 339.

*Φαϝεσ-ν- cf. Fick-Bechtel Personnam.[2] p. 274. Φαηνός S.G.D. 3312 (Arg.). Φαήν[ας] 530, 6. 7 (Arg.).

*χεσλιο- χιλίας 752, 4 (cf. alia testim. § 52). Thurneyseni KZ. XXX 323 explicationem (vocalem ι ex consona *z̥* sonante: χιλ- = *ghz̥l-* esse ortam) suo iure Bechtel Hauptprobl. cap. III et Kretschmer BB. XIX 519, KZ. XXXI 376 reiecerunt.

b) **voc. + ϱσ vel λσ-.**

*χερσ- χηρός 951, 22. — χῆρα ibid. 27. — χῆρας ibid. 96. cf.

G. Meyer Gramm.[3] p. 414. In eodem titulo iam inveniuntur formae *κοινῆς* : *χεῖρας* 100 etc.

**στελ-σ-* *ἀποστειλάντω* 752, 15 (Troz. saecl. II.).

c) **voc.** + *λι̯*: **ὀφελι̯ω*: *ὀφείλει* 1508 A 2. 10. (Epid. saecl. III.) — *ἐπωφείλωμες* 1485, 171. 172 (Epid. saecl. IV.)

d) Productio suppletoria etiam in quibusdam vocabulis adhibetur, quae geminas liquidas *ll* in aliis linguis vel dialectis ostendunt. Haec geminatio non est primigenia, sed *ll* fortasse ex *ln* ortum est.

Ἆλεῖος 3275 S.G.D. — lat. *vallis*.

ἅλους 1484, 42. 63 etc. — lat. *vallus* cf. Hesych. *γάλλοι· ἧλοι.*

βουλά: in tit. vet.: *βολάν* 554, 2 (Arg.) — *βōλά* ibid. 6. — *Εὐβωλίδα* 500 (Argivus?) — *βωλᾶς* 479, 3 (Nem. saecl. III.). In ceteris titulis semper *-ου-* scriptum est cf. *βουλᾶς* 1485, 120 (Epid. saecl. IV.) — *βουλᾶι* 1491 (Epid. saecl. IV) etc. — Tempore receptionis litterarum Ionicarum *ο* et *ου* fluctuant cf. *Εὐβόλ[ō]* 1484, 106 (Epid. saecl. IV ineunte). — *βωλά* ex **βολνα* cf. Brugmann Grdr. I[2] 358, lesb. *βόλλα* O. Hoffmann Dial. II 367.

**ϝιλνα* cf. Solmsen Untersuch. p. 227: *ἰλάρχω* 487, 3. 4. 5. — *ἴλαρχος* ibid. v. 1 (Nem.).

μιλιχίας 1272 (Epid.) ex **μελνι-°* vel **μιλνι-°*?

στάλαν 559, 11 (Arg.) — 1485, 136 (Epid.) — *στάλας* 1484, 260. — cf. aeol. thess. *στάλλα*, ex **στάλνα*? cf. O. Hoffmann Dial. II 280. 487. — G. Meyer Gramm.[3] 119 adnot. 1. — Brugmann Grdr. I[2] 464.

e) Incerta est explicatio vocis *φθείρ* cf. *φθεῖρας* 952, 45. 48. *φθε[ίρ]ων* ibid. 46.

μάγῑρος 1204 (Epid.) fortasse ex **μαγιρι̯ος* ortum est, ut *[μά]γειρος* 774, 11 (Troz.) ex **μαγερι̯ος* cf. G. Meyer Gramm.[3] p. 183.

Adnotatio I. Digamma post liquidam vel nasalem positum evanuit in dialecto Argolica vestigio nullo relicto. cf. *δό[ρα]τος* 952, 64 (Epid. saecl. IV.) — *hένεκα* 554, 4 (Arg.) — *ἕνεκα* 595. 598 etc. — *ἐνενήκο[ντα]* 823, 56 (Herm.) — *κόρον* 951, 5 (Epid. saecl. IV.) — *κόραν* ibid. v. 11. 22. — *κόρε* 950, 47 (Isyll.) — *Κόραι* 688 (tit. rec.) — 687 (saecl. I.) — 686 — 1609 (Herm.) — *Διοσκόροιν* 1278 (Epid.) — *μόνον* 951, 73 (Epid. saecl. IV.) — *ξέναρχ[ος]* 617, 8 (Arg. saecl. IV.) — *Ξενοκλεῖ* 1484, 264 (Epid. saecl. IV.) — *πρόξενοι* 925, 16. 26 (Epid. saecl. III.) — *ὅρος* 911 (Ligur.) — *ὅλα* 952, 123 (Epid. saecl. IV.) — *ὅλως* 951, 74. 75 (Epid.

saecl. IV.) — κἄλῶς 950, 3. 5. (Isyll.) — κἄλοκαγαθίαν ibid. 23. — νοσοῦντα (= νοσϝ-) 951, 39 (Epid. saecl. IV.). Propterea legendum est Πῖραιέα 1485, 75. — Πῖραι[ε]ῖ ibid. 85 (Epid. saecl. IV.) cf. S.G.D. 3025, 4: Σπιραίον, si derivatum est a περϝ-. Dubia esse potest vox ὀδός (= οὐδός) in tit. illo 1484: τὰς ὀδός 49, ὀδόν 249, ὀδούς 232 (Epid. ineunte saecl. IV.), cum scriptura Ionica nondum inveteraverit in hoc titulo cf. § 44 genet. sg. 2). Verisimillime mihi videtur esse ὀδός: nam accusativus plur. ὀδός et ὀδούς scriptus est, vocalis vero stirpis nunquam ου, semper ο. Vox ἐπιούρους in eodem titulo v. 64. 73 vox dialectica fortasse non est cf. v. 182 χεῖρας pro χῆρας 951, 96. et εἰς v. 230 pro ἐς vel ἐνς. Incerta est origo vocis Δωριεύς 1484, 36. — Δωριέος 1113 (Epid.) — Δωριμαχίδος 1485, 52. — Dubia est lectio γωνοῖς 483, 5 (Nem.) cf. γονάτων 952, 111 (Epid. saecl. IV.) — Ξηνοκλέος 618, I 6 Arg.). Argivus? Fortasse pro forma epica ξεινο-.

Adnotatio II. Formam ὠρανίας 1270 saecl. IV. suo iure Fränkel non esse dialecticam est suspicatus; in titulo 950, 13 (Isyll.) legimus οὐρανόν. Nuperrime de hac voce disseruit Solmsen Untersuch. p. 80: »*Die verschiedenen Formen von οὐρανός vereinigen sich unter sich und mit ai. váruṇas vermittelst der ursprünglichen doppelheit* *ϝορ(ϝ)ανος *und* *ὀϝορ(ϝ)ανος *ohne und mit prothetischem vocal vor dem* ϝ«.

IV. De vocalium concursione.

§ 30. A. De vocalium contractione.

a) ᾰ + **voc.**

1) ᾰ + ᾰ > ᾱ hἀντιτυχόνσα 554, 6 (Arg. tit. vet.). — ἀνᾱλώματος 840, 15 (Cal. saecl. III.) — ἀνᾱλωμα 679, 35 (Herm. saecl. III. vel II.)

In titulo 1485 (Epid. saecl. IV.) legimus in versibus 124 (bis) et 126: Λααρχίδας, sed in versib. 132 et 133 Λαρχίδας. Pronuntiabatur certe: Λᾱρχίδας, Λααρχίδας vero scriptum est, quod lapicida nominis elementa norat.

2) ᾰ + ε. α) in initio vocis > ᾱ: ἇλιάσσιος 554, 1 (Arg.). — ἁλιαίαι 479 (Nem. saecl. III.) — 497, 2 (Arg.-Myc. saecl. II.) — ἆθλιε 951, 83 (Epid. saecl. IV.).

β) in media et extrema voce > η: νίκε̄ ex (ἐ)νίκαε 561, 6 (Arg.). — κε̄πάμερον = *καιεπάμερ-° 800 (Troz. tit. vet.) — τἐνδοσδίδια = τὰ ἐν-° 914, 15 (Epid. saecl. V.) — ἐπερωτῆν 951, 16 saepius (Epid. saecl. IV.) — ἑώρη 952, 28. 70 (Epid. saecl.

IV.) — κῆν = *καεν 842, 9 (Cal. saecl. II.). — τιμᾶν 1117, 6 (saecl. II.) ex lingua vulgari (κοινή) irrepsit, item κᾶς = *καες 1370, 5 (saecl. II.).

Adnotatio. Falso igitur supplevit Fraenkel: ἀποτολμ[αῖ] 952, 94 (Epid. saecl. IV.) pro ἀποτολμῆι. — In titulo 482, 2 (Nem.) ΠΕΡΑΤΑΙ non esse potest περᾶται, quia *περῆται forma Argolica est: titulus vero est laesus. — ποτελάτō 554, 6 (Arg.) non est ortum ex *ποτελαέτω, sed a verbo athematico ἔλαμι derivatum. — Initio vocis ἀέθλοις 561 metri causa vocales retentae sunt.

3) ᾱ + ε > ᾱ: ἇλίον 606, 10.

4) ᾰ + ο > ω: Ἀγλωκρ[άτης 757 B 7 (Troz. saecl. II.) — δαπανῶντος 944, 8 (Epid. tit. rec.) — χō = *καho SGD. 3270 (Arg.) — Ἀγλωφ[άνεος?] 733, 5 (Herm. tit. rec.).

Adnotatio. Non contractum est [Ἀγλ]αοφάμου 853, 2 (Meth. saecl. I.): num sit nomen Argivi, dubium est.

5) ᾱ + ο, ω > ᾱ: Νιράχᾱ 564 alia § 45. — κριθᾶν 914 cf. § 45. — Θηρᾶνι 576 (Arg.) — [Θηρ]ᾶν 1484, 81 (? Epid. saecl. IV.) — Ποσειδᾶνι cf. testim. § 14. — Πᾶνι 1036. — παιᾶνα 950, 35 (Isyll.) — κυκᾶνι 951, 103 (Epid. saecl. IV.) — νᾱκόρου 1549 (Epid. tit. rec.) — θεᾱροδόκος 679, 36 (Herm. saecl. III. vel II.) — θεάροδόκοι 1504 I 1 (Epid. saecl. II.) — θεᾱροδόκον 916, 7 — 918, 6 — 919, 4 (Epid. saecl. IV.) — Initio et in fine compositi nominis λα-, non λαο-, est usitatum. Initio λαο- non invenitur nisi in Λαοδίκα 841, 7 (Cal. saecl. III.) et Λαυδίκα 904 (Epid. tit. rec.), in fine compositionis in recentibus tantum titulis λαο- legitur: Ἀρχέλαος 666, 5 — 1138, 2. — Πρατόλαος 940, 18. — Ἑρμόλαος 1604, 3. — Unum exstat saeculi quarti testimonium: Πεισίλαος 1484, 82 (Epidaurius?), nam Ἐχίλαος 748, 1. 8 est Plataeensis. Forma -λας in vetustissimis iam titulis in usu est: Hυβρίλας 514. — Σθενέλᾱς 614, 4. — Ἀρκεhίλας 1341 (Argivus). —

Adnotatio. In nominibus propriis nunquam Σα-, semper Σω- legitur cf. Fraenkel p. 395 s. et Fick-Bechtel Personnam.[2] p. 257 ss. — Non ex λιθιάων contractum est λιθιῶν 951, 68 (Epid. saecl. IV.), sed ex λιθιέων a verbo λιθιέω, quod aut derivatum est ab adiect. λίθεος aut morem Doricum sequitur, de quo cf. G. Meyer[3] p. 597. — Nomen Χαρίλως 899 non ortum esse ex °-λαος notum est. — Dubia denique est lectio Fraenkeliana: [Φ]άωνα Σιμεν[- 919, 5, litterae etiam . . . α Ὀνασιμεν[ης ?] legi possunt.

6) α + ει > ηι: ὁρῆι 952, 2. 47. — Sed ab initio: ἀειραμέ[νους] 952, 112 (Epid. saecl. IV.).

7) α + οι > ωι: ἐπιτεχνōῖτο 506, 5 (Arg. bustr.) — Κω-

μωιδίωνι 1485, 90. 102 (Epid. saecl. IV.), sed in initio ἀοιδοῖς 914, 12. 19 (Epid. saecl. V exeunte). —

b) ἔ + **voc.**

1) ε + α > η: δένδρη 951, 120. — ἔτη ibid. 3. 9. 14. — ὑγιῆ (acc. sg.) ibid. 9. 37 cf. stirp. in εσ- des. § 49 f. — Ἀστυπαλαιῆ 1418, 2 (saecl. IV.) — Ἀγνῆ 823, 21 cf. stirp. in -ευ- des. § 48. — Nomina propria a Κλεα- incipientia non contrahuntur cf. Fraenkel p. 392 praeter: Κληγόρα 527, 16 (Heraeum saecl. III.) — Κληρέτα 1115 (Epid. saecl. IV.) — Vetusto tempore ε scriptum est: cf. Πέρσε̄ 493 (Myc.).

2) ε + ε: α) vetusto tempore ε: Κλε̄τος 614, 9 (Arg.). — τρε̄το̄ 554 (Arg.) — Θυλε̄ς 506, 9 (bustr.).

β) litteris Ionicis ει: διετέλει 1419. — ἐδεῖτο 748, 5. — πρέσβεις 750, 15. — ἀποθυσεῖν 951, 45. — ἐσσεῖσθαι 952, 85 De inf. fut. § 60. — [ε]ἰργ[άζ]οντο 823, 34 (Troz. saecl. IV.). — ἀφείλετο 1490, 26 (Epid. saecl. IV.).

Adnotatio. Vocalis η in: ἦχον 950, 7. — ἧρπε 951, 86. — ἥλετο 1484 (iuxta εἵλετο, ἕλετο cf. § 54) non ex contractione, sed productione orta est. — Non contractum est: Πωλαθέες 530, 8 (Heraeum).

3) ε + η > η: Τιμοκλε̄ς 509 (Heraeum tit. vet.). — Ἐπικλῆς 529, 20. — δῆ 1484, 65 (Epid. saecl. IV.) »*opus sit*«.

Adnotatio. Non contrahuntur: ῥέηι 823, 48. — δεησοῖ 951, 38 cf. 5. Adnot.

4) η + ε > η: καταχρῆσθαι 840, 8. — ἐπιπῆν 951, 129. de quo cf. Hesych. πῆν· πῆ καὶ πῆν ἐπὶ τοῦ κατάπασσε καὶ καταπάσσειν (Buecheler Mus. Rhen. 39, 622).

5) ε + ο > ου: πύους 952, 58 (Epid. saecl. IV.) — καλουμένας ibid. 67. — ποιούμενος 750, 13. — ἐπιδαμοῦντος 952, 12. — ἐκδανεισοῦντι 841, 16 de fut. cf. § 60. — σιτοπωλοῦντος 944, 5. — ποιουμένου 944, 14. —

Adnotatio. In formis bisyllabis (veluti πλέον) vocales contrahi non solent cf. κατάπλεον 952, 45 (Epid. saecl. IV.). Aut eadem de causa aut propterea, quia vox a vocali incipit non contractum est: ἐόντα 952, 7. — ἐόντος 952, 12. — ἐόντι 952, 94. — ἐόντες 952, 108. — παρεόντα 1508, 6 (cf. ἐών). — Vocales -εο- non contractae sunt in ἀργύρεον 526, 5 (cf. χρυσοῦς 750, 16 = έους).

6) ε + ω > ω: ἀγανακτῶν 952, 13. — προαιρῶνται 498, 4 (Arg.-Myc. saecl. II.). — ποιῶντι 952, 78. — ἐπιδαμῶντι 679, 34 (Herm.) — πορφυρῶν 951, 43 (Epid. saecl. IV.) — ποιῶν 760, 3 (Troz. saecl. V.) — ὑπηρετῶντι 748, 17 (Troz. saecl. IV.) — εὐτακτῶντι 749, 6 (Troz. saecl. IV vel III.) — ἀφικνῶνται 952, 106.

Adnotatio. Ineunte voce non contractae sunt vocales: ἑώρη 952, 28 (Epid. saecl. IV.) — ἐών 951, 11. 120 (Epid. saecl. IV.) — 975 (Epid. saecl. V. vel IV.). — Ut ἀργύρεον ita χρυσέωι 750, 35 — 755, 5 (Troz. saecl. III.) et σιδαρέων 1484, 65 (Epid. saecl. IV.) non contracta sunt, sed in tit. 750, 16 χρυσοῦς legimus.

7) ε + οι > οι: ποιησοῖ 952, 109. — ποιοῖεγ 498, 7. — δαμιοργοῖ 506, 7 (Arg. bustr.). — ἀπιστησοῖ 951, 30. — De συγχέοι 506, 2 cf. supra b 5. adnotat.

8) ε + ου > ου: χρυσοῦς acc. pl. 750, 16. — κυοῦσα 951, 3. — ἀποδαμοῦσι 823, 67 (saecl. IV.)

Adnotatio. De formis ἐοῦσα 952, 27 — 839, 7 (Cal. saecl. IV.) — ἐοῦσιν 951, 32 cf. supra b. 5. adnot. — [ὑπ]εροῦσαν 1437, 6 (Epid. tit. rec.) ex lingua vulgari irrepsit.

c) ŏ + **voc.**

1) ο + α > ᾱ: πράτου 914, 9. 26 (Epid. saecl. V.) cf. numer. § 52. — Πρατόνικε 899. — Πράτων 572 (Arg.) — Ex lingua vulgari irrepsit Πρωτίων 577 (tit. rec.).

2) ο + ε.

α) tempore vet. > ο: τὀπίλοιπον 1484, 281 (Epid. saecl. ineunte IV, variant ο et ου). — τὀλατέριον 1607, 1 (Cleon. bustr.).

β) Ionicis litteris > ου: ἐλοῦτο 951, 6. — ὀρθοῦται 950, 4. — ἀπεδίδου 951, 60.

Adnotatio. Praepositio προ- non contracta est cum vocali insequente in voce προ-εθύσατο 951, 42. — In nomine λ]ωτήριον 1488, 37 (Epid.), quod tempore iam vetusto contractum est, vocalis vetusta ō = ω (pro ου) in dialectis Doricis retinetur.

3) ο + ο.

α) tempore vet. > ο: εὐρυχόρō, Ἀθανοδόρō, Ἀσοποδόρō SGD. 3270. — cf. stirp. in ο des. § 44.

β) litteris Ionicis > ου: φρουροί 872 (saecl. IV.) — ἄλλου ἐνιαυτοῦ 1484, 31 cf. § 44. — Φρουρίδαν 757 B 37.

Adnotatio. De ζευγώχωι 742, 8 (Herm. saecl. IV.) cf. § 13 c. — Nomen ῥόον 823, 18 (et ῥόου ibid. 26) non contrahitur cf. b 5. adnot. Contractum vero est εὔνους 839, 7 (Herm. saecl. IV.), cum retineant nomina propria vocales: Πρόνοος 825, 7 (saecl. IV. Troz.), Δα[μόν]οος 1484, 32, quod nomen Fraenkel falso supplevit Δα[μοχ]οος cf. Fick-Bechtel Personnam.[2] p. 220.

4) ō + ο > ω: Σωκλῆς 1484, 76 cf. a. 5. Adnot.

Adnotatio. Non contracta est terminatio genetivi cum vocali stirpis in voce hέρōος 495 (Myc.).

5) ο + ει > οι: ἀξιοῖ 757 B 20. 25. 34. 36. 40.

d) ι + ι > ῑ: [Δ]ῖ 487, 1 (Nem. saecl. III.) Utrum forma Διί 606, 12 (tit. rec.) — 840, 6 (saecl. verg. III.) ex Δι(ϝ)ί non

contracta an ex Δῖ suffixo »ι« denuo addito orta sit, discerni non potest, ΔιϜί in tit. SGD. 3263 invenimus.

e) υ + ι (ante vocales): *ματρυιᾶς* 951, 102. — *ὡρακυῖαν* 952, 6. — *hυιός* 1207 (Epid.).

f) Dipthongi amittunt semivocalem ante vocales, imprimis, si dipthongus caret accentu, vel retinent: *Ἡραεύς* 925, 27 (saecl. III.) iuxta *Ἡραιεύς* ibid. 35. — *ποησοῦντος* 951, 19. — *ποῆσαι* ibid. 60. 85. — *ἐπόησε* ibid. 124. — *πεπόηνται* 679, 19 (Herm. saecl. III/II.) — *ἐπόησαν* 1248 — 1111 — *ἐπόησε* 952, 8. 38. — 950, 33 (Isyll.) — *ποήσας* 952, 33. — *ποιεῖ* 922 (saecl. II.) — *Κρηταιεῖς* 1117, 5 (Epid. saecl. II.) — *Κρηταεῖς* 756, 15 (saecl. II.) — *ἁλιαίαι* 497, 2 (saecl. II.) — *ὑστεραίαι* ibid. 4. — *αἰετοῦ* 1484, 89 (Epid. saecl. IV.) — *αἰετόν* ibid. 91. 98. 99. — *παραιετίδας* ibid. 100. — *ἐναιέτια* ibid. 302. — *ἐναιετίων* ibid. 112. — *Σκυλλαιεῦσιν* 757 B 24 (saecl. II.) — *ὑός* 952, 25. — *hυιός* 1207 (Epid.) — *πλείονα* 944, 14 (Epid. tit. rec.) — *πλειόνων* ibid. 2. — *Φλειασ[ίων]* 1105 (Epid. saecl. IV. vel III.) — *Ἀλεξάνδρεα* 900 (Epid. saecl. III.) — *Ἀργέος* 736 (Herm. saecl. III.) = *Ἀργεῖος*. — *Σωκράτεα* 740 (Herm. saecl. III) i. e. *Σωκράτεια*. — *Τελέου* 1485, 63 (Epid. saecl. IV.) = *Τελείου*. Ex omnibus his testimoniis apparet rationem certam aut retinendae aut amittendae semivocalis non esse.

§ 31. **Adnotationes quaedam.**

Iam supra (§ 30 b 6. adnot.) commemoratum est ineunte voce vocales non contrahi. Propterea perfectum *ὡρακυῖαν* 952, 6 (Epid. saecl. IV.) non ex *ἑωρ-°* contractum est, etsi *ἑώρη* 951, 66. — 952, 28 forma imperfecti est. Vocalis *η* cum vocali antecedente praeter *ε* cf. § 30 b 3 non contrahitur: *ὀγδοήκοντα* 823, 59 (Troz. saecl. IV.) — *ἐγγαήσας* (= *ἐπιδημήσας*) 853, 26 (Meth. tit. rec.) — Vox *βοαθόον* 750, 7 (Troz. saecl. III.) non contracta est, id quod ex adnotatione § 30 b. 5. apparet. Incerta est explicatio vocis *Πωλαθέες* 530, 8, quae eadem ratione explicari potest atque *βοαθόον*, si cum Richardson Papers 296 *Ποδαθέες* »*swift-foot*« legimus. Voces *δαμιιοργοῖ* 506, 7 (Heraeum, bustr.) — *δαμιοργῶν* 497, 5 (Arg.-Myc. saecl. II.) ex *δαμιο-οργ-°* elisione prioris vocalis *ο* ortae sunt cf. § 67 IV. —

§ 32. **I. De elisione.**

Quamquam elisio vocalium saepius facta est, quam ex titu-

lorum scriptura aperte cognoscitur, tamen permulta elisionis exstant testimonia:

a) eliditur brevis vocalis:

1) cum sequitur vox ab eadem vocali incipiens, id quod persaepe in titulis accidit: *δυ' ὀβολῶν* 1488, 33 (Epid. saecl. IV.) — *πεντ' ἐνιαυτοὺς* 951, 3 (Epid. saecl. IV.) — *δ' ἑταῖροι* 800, 2 (Troz. tit. vet.) — *δ' ἐξ* S.G.D. 3270 (Arg. tit. vet.) — *ἐπ' ἱαρέος* 1485, 146. 147 (Epid. saecl. IV.).

2) cum sequitur vox non ab eadem vocali incipiens: *[δέ]κ' [ὀβο]λῶν* 1488, 38 (Epid. saecl. IV.) — *πεντ' ὀβολῶν* ibid. 49. — 1492, 31. 35 (Epid. saecl. IV.) — *ἐπ' Ἀντία* 492, 5 (Myc. saecl. VI.) — *ἐφ' ἇς* 952, 31. — *ἐφ' ἁμάξας* ibid. 70 (Epid. saecl. IV.) — *ἄκουσ', ἀνέθηκε* 951, 89 (Epid. saecl. IV.) — *δ' ἅτερον* 914, 9. 13. 27 (Epid. saecl. V.)

3) Eliditur vocalis praepositionum *ἀνά*, *κατά*, *παρά*, *ποτί*, nunquam *ἕνεκα*; praepositio *πεδά* [1]) non invenitur nisi in compositione verborum: *πεδάϝοιϙοι* 615 (Arg.) — 552 (Arg.) — *Πεδάκριτος* 487 (Nem. saecl. III.) — *πεδαφορᾶς* 1484, 276 (Epid. saecl. IV.) — Praepositio *ἀνά* ante insequentem vocalem eliditur *ἀνέθεν*, *ἀνέθηκε* (saepissime), ante consonam elisio est usitatissima cf. *ἐπανθέματα* 526, 6 (Arg. tit. vet.). — *ἀνθέσιος* 1484, 228 (Epid. saecl. IV.) — *ἀνπαιστῆρα* ibid. 79. — *ἄνθεσιν* 1485, 85 (Epid. saecl. IV.) — *ἀγγροφᾶς* ibid. 140. — *ἀγγροφέων* 1495, 60 (Epid.) — *ἄνθεμα* 951, 7 (Epid. saecl. IV.) — *ἀνθέμεν* 951, 51. 56. — *ἀνθησεῖν* ibid. 66. — *ἀμβάς* ibid. 90. — *ἀγχωρήσασα* 952, 5 (Epid. saecl. IV.) — *ἀνσχίσσας* ibid. 17. — *ἀνσχίσαι* ibid. 32. — *ἀνσχίσσαντα* ibid. 42. — *ἀγκαλύψαι* ibid. 62. — *ἀνθέντō* 914, 21 (Epid. saecl. V.) — *ἀνγράφοντι* 950, 35 (Isyll.) — *ἐπαγκρούων* 950, 6. — *ἀνγράψεν* ibid. 8. — *ἀνκαλέοντες* 950, 77. — *ἄνθεμ'* 1117, 7 (Epid. saecl. II.) — *ἀγκο[μιδᾶς]* 742, 17 (Herm. saecl. IV.) — *ἀγκάθα[ρσιν]* ibid. 1. — *ἀγγράψαι* 748, 13 (Troz. saecl. IV.) — *ἀνθέμεν* 755, 9 (Troz. saecl. III.) — Praeterea etiam forma *ἀνα* ante consonas invenitur, id quod ex aliis dialectis satis notum est: *ἀναγράψαι* 559, 10. — *ἀναθέμεν* ibid. 11. — Praepositio *κατά* ante vocalem eliditur: *κατ' ἐνιαυτόν* 841, 26 (Cal.), ante insequentem consonam legimus: *κατὰ τόν* 757 A 8 (Troz. saecl. II.) — *κατὰ τό* ibid. B 3. Dubia esse potest explicatio vocis *κα* in sententiis:

---

1) Praepositionem *πεδά* dialecti Achaicae vestigiis attribuendam esse censet O. Hoffmann De mixtis p. 51.

καταϝεϝρε̄μένα 493 (Myc.) et κατάταν 618 (Arg.): utrum κατ τα, an κα pro κατά (cf. § 42 I.) cognoscendum sit, diiudicari non potest. — Forma praepositionis παρά in titulis, qui dialectum retinuerunt, semper παρ et ante vocalem et ante consonam est. Vulgarem linguam sapit titulus 928 (Epid. saecl. II.) in quo praeter παρὰ τοῦ 5, etiam formae πόλει, ἱερέος scriptae sunt. — Pro ποτί ante vocales ποτ scribitur: ποτ αὐτόν 951, 20 — ποτελθών ibid. 120 — ποτ ἀλλάλους 752, 14 etc., ποτί semper ante consonas: ποτισπαστῆρα 1488, 24 — ποτὶ Κρηθαιεῖς 756, 15. — Ante consonas dentales praeter ποτί et ποῖ etiam ποτ invenitur: ποτ τὰν πόλιν 679, 8/9 (Herm. saecl. III. vel II.) cf. G. Meyer Gramm.[3] p. 402. — Eandem formam cognoscendam esse puto in πο τὸ θύρωμα pro ποτ τὸ 1484, 65 (Epid. saecl. ineunte IV.) cf. ibidem ἐργάσσιος iuxta ἐργάσιος, ἐργάσσασθαι iuxta ἐργάσασθαι alia; Fraenkel vero πο(ῖ) τὸ legit. Etiam ποστείχοντι 950, 63 (Isyll.) ex *ποτστειχοντι > ποσστειχοντι esse ortum arbitror. Praepositionem ποῖ e ποτί ortam esse (Joh. Schmidt KZ. XXXVIII 20) non puto cf. quae de praepos. disserui.

b) Elisionis longae vocalis vel dipthongi certa testimonia adhuc non possum proferre cf. II a.

II. De crasi.

a) Primum illa testimonia affero, quae, quamquam non satis certe explicata sunt, tamen potius crasi quam elisioni esse vindicanda censeo: τ᾽Αρτάμιτι 914, 4 (Epid. saecl. V.) — κἐπάμερον 800, 2 (Troz. tit. vet) — κ᾽Αἴσχρο̄ν 492, 7 (Myc. saecl. VI.) — κ᾽Αργειάδας, τ᾽Αργείο̄ S.G.D. 3271 (Arg. tit. vet.) — Ne illud quidem κἐνκαύσιος 1484, 266 (Epid. saecl. ineunte IV.) satis certum est, nam litterae ε et η commutantur in hoc titulo (ἕλετο : ἥλετο : εἵλετο, alia). — τ᾽Αργεῖοι S.G.D. 3263 et 3264 (tit. vet. Arg.) — τἀκρωτήρια 1484, 102. — τἐνδοσθίδια 914, 15 (Epid. saecl. V.)

b) Accedunt nonnulla certa craseos testimonia: τὀλατέριον 1607, 1 (Cleon. bustr.) — τὀπίλοιπον 1484, 281 (Epid. saecl. ineunte IV.) — κἠν = και ἐν 842, 9 (Cal. saecl. II.) — Apud Isyllum leguntur: ὦναξ 950, 79. — τοὖργον 950, 67.

Adnotatio. In titulo 1370, qui versus heroicos continet, κᾶς 5 scriptum videmus (saecl. II.). Quae forma, cum normis contractionis Doricae non respondeat, Argolica dici non potest, sed epica est.

V. De consonis.

§ 33. **A. De liquidis.**

a) Commemoranda est liquida λ in his vocibus:

1) λ : ν: *Μίλτεος* 1205 (Epid. tit. vet.) de *Μίντōνος* cf. § 34c. — *πλ[ε]ύμονα* 952, 56. — *πλεύμονος* ibid. 59 (Epid. saecl. IV.) cf. lat. *pulmo*. Ex analogia vocis *πνέω* nomen *πνεῦμα* ortum est, quod in titulis Argolidis non invenitur.

2) λ : ρ: *ναύκλαρον* 823, 27 (Troz. saecl. IV.) cf. arc. **κρᾶρος* et att. *ναύκρᾱρος*. In hac voce liquida λ genuina est, si radix vocis vet.-ir. *clár* »tabula« huc referenda est. *κρᾶρος* ex *κλᾶρος* assimilatione mihi videtur esse ortum cf. G. Meyer Gramm.[3] p. 234 sq.

b) Geminata est liquida in nominibus hypocoristicis. [*Ηά*]*γυλλ*[*ος* 552, 13 (Arg.) — *Αἴσχυλλο*[*ς* 561 (Arg. tit. vet.; cf. *Αἰσχύλου* 618, 8. — *Αἴσχυλος* 632 Arg.) — *Ἀρκέσιλλος* 984 (Epid. saecl. IV.) — *Ἀρκεσίλλου* 1491, 5 (Epid.) — *Δέξξιλλος* 515 (Arg. saecl. V.) — *Θράὐλλος* 618, 5 (Arg.) — *Τελλέα* 529, 5 (Arg.) — *Τελλία* 763. — 774, 8 (Troz.) — *Φάυλλος* 894, 13. — 1484, 35 (Epid.) — *Φαΰλλου* 1356 (Epid.).

I. Adnotatio. Nomina *Πυρρίας* 1484, 16 (Epid.) — *Πυρρῆνι* 1485, 31. 37. 70 (Epid.) — *Πυρρίχου* 1506, 37 (Epid. saecl. III.) — *Πύρρωι* 752, 9 (Troz. saecl. II.) ab adiectivo *πυρρός* derivata sunt; *Πυρίας* 1484, 101 (cf. v. 16) errore lapicidae scriptum est. Nomen *Πύρων* 731 III 3 (Herm.) ad vocem *πῦρ* referendum est.

II. Adnotatio. In titulo illo vetusto 506, 9 (Arg. bustroph.) *Ηυλε͂ς* pro *Ὑλλεῖς* scriptum est, at in v. 4: *ἄλλο* legitur, *Ηυλλεύς* in tit. 517, 5 etc.

c) Geminata liquida ρρ orta est

1) ex σρ: in voce *ἐξερρύα* 952, 3 (Epid. saecl. IV.) a radice **sreu̯*.

2) ex νρ: in voce *συρρά*[*ψαι*] 952, 43. — *συρράψας* ibid. 18 at in versu 33 *συνράψας*.

d) Propter pronuntiationem commemoro voces: *Ὀφελλοκλείδας*[1]) 553, 6 (tit. vet. Arg.) — *κατάλλογος* 1485, 57 (Epid. saecl. IV.) — *ἰαρρεύς* 952, 14 (Epid. saecl. IV.) — [*ἀμφιλλέγοντ*(*αι*) 556, 18 Arg. in titulo vulgari sermone concepto].

---

1) cf. Fick-Bechtel Personnam.[2] p. 227 (*ὄφελος*). Una liquida scripta est in nominibus *Ὀφελᾶ*[*ς*] 527, 20 (Arg.). — *Ὀφέλωνος* 894, 69 (Achivus quidam).

Quamquam in his vocibus duplicata littera λλ, ϱϱ pro mendo lapicidae habenda est, tamen hac scriptura probatur consonarum λ et ϱ priorem partem ad syllabam antecedentem traductam [1]) esse, id quod potissimum e titulo 952 apparet. Quo in titulo abundantes vocum litterae ab extrema parte versus in alterum ita transferuntur, ut singulae syllabae serventur; cf. v. 1/2 ἐλ Λακε-δαίμο|νι, v. 2/3 ἀποταμόν|τα etc. In v. 14/15 ἰαϱ ϱεύς scriptum videmus, cum in medio versu semper una liquida lapicida usus sit cf. ἰαϱόν 27. ἰαϱῶν 37 etc. — Eadem ratione etiam ex aliis dialectis liquidae sunt duplicatae cf. ἀμφέλλεγον 926, 3 (Megar.) — ἀμφιλλεγόμενον Bull. III (1879) p. 292 v. 10 (Cret.).

§ 34. B. De nasalibus.

a) Cum litterae et γ et μ et ν munere nasalis fungerentur idemque praeterea vocabulum variam nasalem haberet secundum insequentis vocis initium (ἀνα : ἄνθεμα, ἀγκομιδᾶς, ἀμ|βάς), fieri potuit perfacile, ut nasalium scriptura confunderetur, ut in voce **Κόϱιγθον** 823, 27 (= S. G. D. 3362 Troz. saecl. IV.). Non errore, sed consulto lapicida ν pro μ vel γ scripsit in vocibus: ἑκατόνβαν 606 (Arg. tit. rec.). — Πανφυλᾶ[ν] 488 (Nem.) — ἔνγυος 1484, 6. 8 etc. (Epid.) — ἀνπαιστῆϱα ibid. 79. Adhibuit enim lapicida eam prioris partis formam, quae extra compositionem pronuntiabatur. Similiter scripsit καλυνμάτων 1484, 57. 58, quia derivatum est a verbo καλύνω et fortasse, ut segregatum sit a nomine κάλυμμα (deriv. a καλύπτω). In voce ἀνγέλωι 1484, 177 etc. etiam in ἀνφ' Ἀϱίσστōνα 554, 2 (Arg.) priorem partem praepositionem ἀνά esse lapicida arbitratus est. Variatur nasalis etiam in γόνφων 1484, 224. 294, at γόμφων 1485, 114: causa mihi videtur esse eadem atque in voce **Κόϱιγθον**.

b) Una pro duabus nasalibus scribitur in voce: γϱάματα 951, 66 (et 68/69? Epid. saecl. IV.), γϱαμάτων 1484, 292. — Mendam lapicidae esse arbitror [καλ]υμάτων 1484, 271 (quinquies καλυνμάτων cf. supra.).

c) Liquida λ ante mutam τ in nasalem ν mutata est in voce Μίντōνο[ς] 614, 9 (Argos). In Peloponneso saepius haec mutatio invenitur cf. O. Hoffmann Dial. I 209, Johansson IF. VIII p. 182. De forma Μιλτ- cf. § 33 a 1.

d) Pro μν inter vocales scriptum est μμν, unde intellegitur

---

1) Sievers Phonetik[4] p. 193 § 521.

nasalem μ non solum ab initio posterioris syllabae sed etiam a prioris fine pronuntiatam esse. Testimonia sunt haec: *hεμίδιμμνον* 914, 6. 24. — *μέδιμμνον* ibid. 5. 23. — *ἰαρομμνάμονες* ibid. 10, at in versu 28 scriptum est *ἱ[αρο]μνάμονες*.

e) N a s a l i s ν a n t e s p i r a n t e m σ n o n e v a n u i t, s e d e t i n m e d i a e t i n e x t r e m a v o c e c o n s e r v a t a e s t. Testimonia sunt haec:

1) i n m e d i a v o c e (νσ ex *ντι̯)

hἀντιτυχόνσα 554, 6 (Arg. tit. vet.) — *ἅλινσιν* 1484, A 39 (Epid. saecl. IV.) — *ἄγωνσανς* 480, 4 (Nem. saecl. IV.) — *ἅπανσαν* 497, 9 (Arg.-Myc. saecl. II.)

2) i n e x t r e m a v o c e

Δύμανς 517, 4 (Arg. tit. vet.) — *τὸνσυναρτύοντας* 554, 2 (Arg. tit. vet.) — *ἐνς* 554, 5. 7. — 1485, 40. 75. — -]*ανς τὰνς τ*[- 555, 4 (Arg. tit. vet.) — *ἄγωνσανς* 480, 4 (Nem.) — [*τ*]*όνς* 481, 2 (Nem. saecl. IV.) — -]*ανς* 617 (ter. Arg. saecl. IV.) — *Αἰγιναίανς* (9 ×), *Ἀλεξανδρείανς* (12 ×) ibid. — *Ἀθάνανς* 1485, 79 (Epid. saecl. IV.) — *τὸνς υἱόνς* 1112 (Epid. saecl. verg. III.) — *τὸν*[*ς*] *ἄλλο*[*νς ε*]*ὐεργέτανς* 497, 13/14 (Arg.-Myc. saecl. II.) — [*ἐγγόν*]*ονς* ibid. 15. — [*δραχμ*]*ὰνς πεντακατίανς* 498, 3 (Arg.-Myc. saecl. II.)

Haec igitur proprietas totius erat Argolidis, etsi ex ceteris oppidis testimonia non extant, partim quia permulti tituli fortuito formas, in quibus νσ pronuntiabatur, non adhibent, partim quia sermo vulgaris (*κοινή*) ineunte saeculo iam quarto in titulos irrepsit. Exemplum insigne affert Tiryns oppidum. Illius enim proprietatis dialecticae ne unum quidem ex titulis Tirynthiis possum afferre testimonium: nomen ipsum oppidi hanc proprietatem ostendit! — At in dialecto Argolica unumquodque -νσ- conservatum non erat, nam e lege, quae per omnes dialectos valet, nasalis »ν« coniunctionis »νσ« ante insequentem eliditur consonam. Itaque legitime scriptum est *ἀστάς* 951, 112 (Epid. saecl. IV.) — *ἀστάσας* 952, 53 ibid. pro *ἄνστας* = *ἀνάστας*, eademque ratione ex *ἐνς* nascitur: *ἐς* cf. 1484 (Epid. saecl. IV ineunte) *ἐς τοὺς* 43. 87. — *ἐς Τεγεάν* 175. — *ἐς Κόρινθον* 189. 291. 295. 300. 302. — *ἐς Τροζᾶνα* 219. — *ἐς τὰς* 45. 50. 220. 229. 294. — *ἐς τὸν* 199. 231. 236. — *ἐς τοὺς* 105. 247. — *ἐς τὰ* 253. — *ἐς τὸ* 32. 110. 301. — *ἐσφορᾶς* 295. 297. 304: *ἐφορᾶς* 282 mendo lapicidae pro *ἐσφορᾶς* est scriptum. — De *ἰς* cf. § 15a. — 1485 (Epid. saecl. IV.): *ἐς Κλεώνας* 69. 81. 83. — *ἐς τὸ* 22. 67. 86. 87. 99. — *ἐσκαλίσιος* 85. — *ἐς Κόρινθον* 33. — 1418 (Epid. saecl. IV.): *ἐς τὰν* 4. — 951 (Epid.

exeunte saecl. IV.): ἐς τὰς χεῖρας 100. — 748 (Troz. saecl. IV.): ἐς τὸν 10. — 823 (Troz. saecl. IV.): ἐς Κόρινθον 27. 72. — ἐς τὰν 6. 14. 29. — ἐς σῖτον 34. — ἐς τὸς αὐλὸς 42. — 757 (Troz. saecl. II.): ἐς τὸν A 13. 17. 19. B 9. 11. 15. 16. 21. 23. 35. 38. 41. — ἐς τὰν B 26. 33. — ἔς τε A 3. — 750 (Troz. saecl. IV.): ἐς τὸν 34. — ἐς [τ]ὸ 48. — 742 (Herm. saecl. IV.): ἐς τὰν 1. — ἐς Μέγαρα 6. — ἐς Κόρινθον 13. — 497 (Arg.-Myc. saecl. II.): ἐς Λ[ακ-° 7. — ἐς προεδρίαν 12. — In titulo 1099 (Epid. circa a. 400) τόσδ' (scribitur: αὐτõ, δῶρα) legimus. Etiam illud φερόσθω 914, 11 (Epid. saecl. V.) hoc modo ex *φερόνσθω ortum est: φερέτω : φερόντω = φερέσθω : *φερόνσθω. — Sed haec lex vetusto iam tempore conturbata est: nullus titulus Argolidis eam integram conservavit, tituli iam antiquissimi violant. Invenimus igitur: τὸς ἰαρομνάμονας 493 (Myc.). — τὸνσυναρτύοντας 554, 2 (Arg. ibid. v. 5 et 7 ἐνς Ἀθαναίαν). — Ex titulis, quos supra commemoravi, haec affero testimonia: 1484: ἐς Ἄργος 177/178. 203. — ἐς Ἑρμιόνα 204. 209 (bis). — ἐς Ἀθάνας 264. 291. — 1485: ἐνς Πιραιέα 75. — ἐνς Κεγχρέας 40. — ἐς Ἀθάνας 42. 46. 56 (saepius hic). — ἐς Ἀλέαν 45. — ἐς Αἴγιναν 5. — 823: ἐς Ἑρμιόνα 20. — τὸς αὐλὸς τιμά 42. — 750: ἐσάγειν 42. 45. — 742: ἐς Ἄργος 5. 19. — 1418: αὐτὸν καὶ ἐγγόνος εὐπρεπείας κτλ. 3. — 950 (Isyll.): ἐς ἀκοάς 39.

Praeterea, ut iam supra diximus, ineunte saeculo quarto formae sermonis vulgaris (κοινῆς) irrepserunt. Exemplo utor titulo 1484 (Epid.), qui ne unum quidem pluralis accusativum in νς desinentem ostendit, permultos in -ους cf. ἄλους 43. — δακτυλίο[υς] 63. — ἐπιούρους 63. — πλίνθους 73. — ἀστραγάλους 78. 83. — τοὺς 87. 232. — ὀδούς 232. — τοὺς ἀκάνθους 242. 247. — Praeter illud ἄλινσιν 39 coniunctio νσ in hoc titulo non legitur. In titulis hoc recentioribus praeter perpauca illa, quae attuli, testimonia et in media et in extrema voce nasalis evanuit vocali, quae antecedebat, producta cf. τοῖς ἀγῶσι 918, 13 (Epid. saecl. IV.) et semper in titulis 951. 952 (Epid. saecl. IV. exeunte). In titulo 742, qui ineunte fere quarto saeculo exaratus est, vocalis producta ω, quae severiori Doridi i. e. vetustae Doridi ascribitur, in voce ποὶ τὼς ἐ[- v. 19 (Herm.) invenitur. Praepositio εἰς pro ἐς, ἐνς iam in titulo 1484 saepius legitur: εἰς τὸ 218 — εἰς Ἄργος 230. 258. — εἰς Κόρινθον 259, in titulo 1485 praeter ἐς et ἐνς: εἰς Ἄργος 128. 139. — εἰς τὸσσακόν 125. — εἰς σύνθεσιν 56. 59. — εἰς τὰν 136. 140. —

Quae cum ita sint, dubitandum non est, quin perpauca illa testimonia saeculi tertii vel alterius, quae coniunctionem *νσ* ostendunt, non retinuerint hanc proprietatem dialecticam sed artificiose novarint.

Adnotatio. Accusativus pluralis stirpium in *ᾰ* desinentium tempore antiquissimo ut in omnibus dialectis Graecis, ita in Argolica in *ᾰς* terminat cf. tit 506, 2 (Argos-Heraeum bustroph.): *τὰς ἀρὰς τὰς*. Cum multae rationes stirpibus in *ᾰ* desinentibus cum stirpibus in *ο* terminantibus intercederent, fieri potuit, ut terminatio *-ονς* efficeret accusativum *-ανς* cf. *-]ανς τὰνς τ[-* 555, 4 et quae supra attuli testimonia.

C. De spirantibus.

§ 35. De spirante dentali *σ*.

a) Initio vocis commemoratu digna est spirans dentalis: *σκαπέτου* 823, 47 (Troz. saecl. IV.) — *σκαπέ[τ]ων* ibid. 48. — *σκαπε[τώσιο]ς* ibid. 50. — Apud Hesychium: *σκάπετος· τάφρος. ἄλλοι τάφος*; forma *κάπετος* apud Homerum: *κάπετον Ω* 797, apud Sophoclem aliosque.

σπυρῶν 914, 6. 24 (Epid. saecl. V exeunte) cf. Hesych. *σπυρ[ρ]ούς· πυρ[ρ]ούς*. Tituli quidam Coi, Theraei, Syracusani item *σπυροί* pro *πυροί* praebent. cf. Meister Ber. sächs. Ges. d. W. 1899/1900 p. 151 seq.

b) Ex coniunctione *-τι-* et in media et in extrema voce *-σι-* ortum est in his vocibus:

καταθέσιος 554, 6 Arg. (tit. vet.) — *ἄλινσιν* 1484, 39 (Epid. saecl. ineunte IV.) — *περιστάσι* ibid. 6. — *ἀνθέσιος* ibid. 28. 32. — *ἔγκαυσιν* ibid. 24. 31. — *καθαρέσιος* ibid. 293. — *κεραμώσιος* ibid. 289. — *ἐπικαθάρσιος* ibid. 109. — *ἀκέσιος* ibid. 276. — *διαιρέσιος* ibid. 205. 225. — *[πλιν]θεύσιος* ibid. 173. — *οἰκοδομήσιος* ibid. 220. — *λευκώσιος* ibid. 305. — *παρκαλίσιος* 1485, 46 (Epid. saecl. IV.) — *τυλώσιος* ibid. 51. — *ἡθήσιος* ibid. 120. — *καταξυλώσιος* ibid. 130. — *ποιήσιος* ibid. 136. — *δόσιν* ibid. 288. — *ἐποικοδομήσιος* 823, 30 (Troz. saecl. IV.) — *ἀποθριγκώσιος* ibid. 39/40. — *ἀποστομώσιος* ibid. 44. — *ἀποφορήσιος* ibid. 41. — *ἀφομοιώσιος* ibid. 66. — *πρόφασιν* 750, 13 (Troz. saecl. III.) — *ἀπροφασίστως* ibid. 18. — *ἐγκτάσεις* 752, 14 (Troz. saecl. II.) — *ἔγκτησιν* 853, 20 (Meth. saecl. I.) — *ἐργασίας* 823, 18. 19. 28 etc. — *θυσία* 840, 12 (Cal. saecl. III.) — *ἀνεπιβασία* 752, 6 (Troz. saecl. II.) potissimum: *Ποσειδᾶν* (cf. *πόσις*) testim. cf. § 15b. — De vocibus in *-τι-* desinentibus cf. § 38b. 1. *δ*.

c) In media voce σ pro σσ scriptum est in his vocibus: ἐργάσασθαι 1484, 37. 47. 89. 92 (Epid. saecl. IV.) — ὀπόσ[ο]υ ibid. 65. — στέγασιν ibid. 214. — στεγάσιος ibid. 287. 304. — πισάσιος ibid. 278. — πισᾶν ibid. 278. — Μεσογαίς 1485, 150 (Epid. curia.) — περισὸν 1493, 8 (Epid. saecl. IV. vel III.) — Λαρισαῖοι 617, 6 (Arg. saecl. III.).

d) σσ pro σ legitur

1) ante consonas tenues et aspiratas

σστ: Ἀρίσστονα 554, 2 (Arg.) — Ηυβρίσστας 1476 (Epid.) — Τελέσστας S.G.D. 3266 b 5 (Arg. tit. vet.) — similiter: ἐσστὸ ἰαρόν 1484, 6 (Epid. saecl. IV. ineunte).

σσθ: δαμενέσσθο̄ 554, 5.

σσκ: Ἀσσκλαπιο̃ι 914, 16 (Epid. saecl. exeunte V.) — Ἀσσκλαπιῶι 1172, 3 (Epid. saecl. IV.) — In titulo 914 praeter Ἀσσκλαπιο̃ι 16 legitur: Ἀσκλαπιο̃ 20 et Ἀσκλαπιο̃ι 22.

2) ante nasalem labialem σσ pro σ scriptum est in vocibus: γρασσμάτο̄ν 554, 4 (Arg.) — δεσσμῶν 1484, 218 (Epid. saecl. IV.).

e) σσ ortum est

1) ex σϜ: ἥμισσον 1484, 15. 17. 19.

2) ex τι̯: περισσόν 1485, 50 — ὅσσα 748, 5 — 951, 17 (Epid.) — 522, 13 (Heraeum) — ὅσσων ibid. 6.

ἕσσα[ς] 952, 2 (Epid. saecl. IV.) — ἕσσαν 757 B 21 (Troz. saecl. II.)

Ex *sn̥ti̯a ortum est *ἅσσα, ex quo fit ἕσσα, quod in participium vocalis ε pro α e ceteris verbi substantivi formis tralata est.

f) Dialecti Argolicae propria est integra conservatio duplicis sibilantis σσ (ex δ + σ, τ + σ, σ + σ).

1) in aoristo: Argos: ἵσσατο 569 (saecl. III.) — [δικ]άσσαι 521, 7 (Heraeum saecl. III) — [δι]κάσσωντι ibid. 9. —

Hermione: ἐϜργάσατο 684, 4 (— ἐϜεργάσσατο) — καταχωρίσαι (saecl. III. vel II.) verisimile κοινῇ est vindicandum. — ἐργασαμ[εν- 695, 3 (saecl. III. vel II.) —

Trozen: Ϝεργάσατο 801, 1 — δικάσαιτο 752, 4 (saecl. II.)

Calaurea: ἑσσάμενοι 841, 23 (saecl. verg. III.) — ἑσσαμένους 840, 7 (saecl. verg. III.) —

Epidaurus: ἐργάσσασθαι 1484, 13. 61. 263 (saecl. ineunte IV.) — ἀνσχίσσαι 951, 40 — ἀνσχίσσαντα ibid. 99 — 952, 42 (saecl. IV.) — ἀνσχίσσας 952, 17 — ἀνσχίσας ibid. 32.

Hac aoristi formatione dialectus Argolica a dialectis Doricis distinguitur, nam in omnibus dialectis Doricis verba in -ιζω, -αζω desinentia terminationem -ξα ostendunt (G. Meyer Gramm.[3] p. 610 seq.). In titulis Argolicis non invenitur haec terminatio -ξα nisi recentioribus titulo 1484, qui nullam formam in -ξα desinentem habet.

2) in substantivis, quae ab aoristo derivata aut per analogiam formata sunt.

ἀλιάσσιος 554, 5 (Arg. tit. vet.) — στεγάσσιος 1485, 60 cf. στεγάσιος 1484, 287. 304 — ἀποστεγάσσιος 823, 24. 25 — ἑρμάσσιος ibid. 41 — ἱμασσιάν ibid. 26 mendo lapicidae scriptum est pro αἱμασσιάν.

g) Pro ξ legimus σ in coniunctione consonarum: κσπ > σπ: ἐς πόλιος 492, 3 (Myc. saecl. VI.) — cf. § 41 b 2).

Adnotatio. Assimilatione exstitit τὸς σακόν = τὸν σ-° 1485, 125 et Θιόσοτος 1484, 92 (Epidaurius?) ex *Θιοσ-δοτος. Similis assimilatio est βωλᾶς σευτέρας in tit. Cimol. S.G.D. 3277, 15. — Incerta est lectio Θάρōν 614, 6 (Arg. tit. vet.) fortasse ex *Θάρσων? Prellwitz S.G.D. 3260 Χάρων legit. — Mendo lapicidae ortum est ἐφορᾶς 1484, 282 pro ἐσφορᾶς, quam vocem in versibus 295 et 297 legimus. Baunackii sententiam (Aus Epid. p. 44) qui ἐφορᾶς ex *ἐφφορας = ἐσφορας assimilatione explicat, sequi nequeo.

§ 36. De labiali spirante Ϝ.

a) Labialis spirans Ϝ in his vocibus invenitur:

1) initio vocum:

Ϝανακ- Ϝανά?ōν 564 (Argos) — Ϝανάκοι(ν) 566 (Argos) — Ϝαναξίλας S.G.D. 3266 c 5 (Argos).

Ϝέργον S.G.D. 3270, 2 (Argos) — Ϝέργōν 800, 2 (Troz.) — Ϝεργάσατο 801, 1 (Troz.) — ἐϜ(ε)ργάσατο 684, 4 (Herm.).

Ϝίκα[τι 553, 1 (Cutsop.)

*ϜισϜο: Ϝίσōν 800, 1 nom. propr. (Troz.)

Ϝοικο- πε[δ]άϜοικοι 552, 8 (Cutsop.) 615, 2 (Arg.) — ΕϜΟΙΚΙ 518 (Heraeum).

Ϝοι 506, 8. 11 (Heraeum, bustroph.)

ϜεϜρε̄μένα 493 (Myc.) — Ϝρεξάντα 1607, 5 (Cleon. bustr.)

Dubium est Βοϱϑα(γ)όϱας 614, 8 (*Ϝοϱϑο-?) cf. Joh. Schmidt KZ. XXXII 383 et XXXIII 456 — Cum hic titulus Argivus antiquis litteris exaratus sit, consonam β pro Ϝ scriptam esse mirum est: nam exempla huius scripturae recentiore demum tempore inveniuntur.

2) in media voce:

ἀϝρητ- *ἀϝρέ[τευε* 517, 4 (Heraeum) — 553, 3 (Cutsop.) — 616, 3. 5. 10 (Argos.)

Διϝ- *Διϝί* S.G.D. 3263 — *Διϝὀνυσίō* 512 — *Διϝωνυσ[-* 529, 20 (Herm. saecl. III.) — *Διϝων[-* ibid. 21. —

ποιϝέω: *ἐποίϝεhε* S.G.D. 3271 et 3273 — *ποίϝεσε* 800, 1 (Troz.)

**Πυρσϝο-* *Πυρϝία* (gen.) 492, 5 (Myc. VI saecl.)

οἰϝίσζειε 506, 5 (Heraeum.) —

3) Dubia est explicatio nominis *Πυρϝαλίōν* 517, 4 (Heraeum) Richardson Papers p. 289 hanc profert sententiam: »*Πυρϝαλίων is . . . a deminutive from Πυραλίς, a kind of bird, which in Hesychius is written Πυρραλίς, where the second rho seems to point to an original digamma*«. Achivo cuidam nomen est *Πυρβαλίων* 894 columm. III, 11 (saecl. II.), de littera *β* = *ϝ* cf. *Βορθα(γ)όρας*.

b) Antiquissimis iam in titulis littera *ϝ* non scribitur: in titulo 506 (bustroph.) *ϝοι* et *οἰϝίσζειε* legimus iuxta *συνχέοι* 2, *δαμιιοργοί* 7, *Ηυλε̃ς* (= *Ὑλλῆς*); in titulo illo vetusto 800 iuxta *ποίϝεσε*, *ϝίσον*: *χέαν* (= *ἔχεαν*) et *βαρέα* scriptum videmus ineunte fere saeculo V. *Τιμοκλε̃ς* in titulo 510 occurrit, nullum omnino °*κλεϝης* etc. retentum est cf. S.G.D. 3266: *Κλέōν* b 12 (*ϝαναξίλας* c. 5 medio saecl. V.) 552: *Κλέōν*, *Κλεόστρατος* iuxta *πεδάϝοικοι*, etsi saeculo quinto in media voce *ϝ* invenimus cf. *Πυρϝαλίōν*, *ἀϝρέτευε* 517. Fortasse antiquissimis in titulis iam evanuit digamma, si syllaba, quae hanc litteram praecedebat, accentuata erat cf. *Τιμοκλέϝης*, *Κλέϝων* (unde *Κλεόστρατος*), *συνχέϝοι*, *Ὑλλέϝες*. Affectatione quadam antiquitatis receptis litteris Ionicis littera digamma scripta est in titulis 616 et 529. Exeunte iam saeculo quinto digamma deest in voce *οἴνου* 914, 7. 24 (Epid.) In titulo 760 (Troz.), quem titulum Fraenkel saeculo ineunte quinto exaratum esse putat, litteram digamma neque initio vocis neque in media voce conspicimus: *ποιῶν*, *ἰδόντα*, sed in hoc titulo mos Ionicus iam validus videtur esse cf. Β in ΔΑΒΝΑΙ) = *δαῆναι*).

§ 37. **De gutturali spiranti *h*.**

a) Dialectus Argolica, ut omnes dialecti, retinuit spirantem initio harum vocum:

Argos: *hένεκα* 554, 4 — *hαντιτυχόνσα* ibid. 6. — *ho* 614,

4. 6. 9. — S.G.D. 3270 (bis) — *hε̄μ[ισυ* 555, 8 — *hᾱ* 554, 6 (art.) — *Hαγελαίδα* S.G.D. 3271 —

Heraeum: *hοί* (rel.) 506, 7. 8 (bustr.) — *Hε̄ρας* 507. 508. 517, 2 — *Hυβρίλας* 514 — *ho* 517, 1 — *Hυλλεύς* 517, 5 — *Hυρνάϑιος* ibid. 6. — *hαγνõι* 506, 1.

Cutsopodi: *Hα(γ)ε̄hικρ[άτε̄ς]* 552, 10 — *Hυλε[ύς* 553, 3.

Trozen: *hα* 760, 3 — *Hερακλεῖ* ibid. 8 — *hòν* (rel.) 801, 4

Mycenae: *Hέροος* 495.

Hermione: *Hερμιονεύς* 683, 3 — *Ἑρμιονεύς* 684, 3, (»*e schedis Fourmonti*«) cum titulus eadem aetate exaratus sit ac titulus 683, mendosa lectio mihi videtur esse.

Epidaurus: *hομοναοῖς* 914, 17 — *hομοναιαῖς* ibid. 18 — *hεμίδιμμνον* ibid. 6. 24 — *hεμίτειαν* ibid. 7. 25 — *ho* 1204 — *hυιός* 1207 — *Hαγίλλο̄* ibid. — *Hορμιάδας* 1342 — *Hυβρίσστας* 1476.

Cleonae: *hα*[- 1607, 7 (bustr.).

Nemea: *ἐφοδίαι* 484 (tit. vet.).

b) De dialecticis quibusdam aspirationis proprietatibus.

1) In titulo 506 (Heraeum) particula *ἢ* »aut« »vel« spiritum asperum ostendit: *hε̄* 2 et 4; titulus ille Argivus 554 formam *ε̄̓* 2. 3. 4. 5 (*hαντιτυχόνσα* 6) habet.

2) Ut interdum in aliis dialectis, ita in dialecto Argolica spiritus asper additus est vocibus *ἴδιος*, *ἔτος*, *εἶδον* cf.

α) *κ*]*αϑίδίαν* 751, 8 (Troz. saecl. III.)

Vox *ἴδιος*, quia saepissime cum pronomine *ἑαυτοῦ* coniungitur, quod a spirante incipit, spiritum asperum perfacile usurpare potuit. Praeterea *κατ' ἰδίαν* et *καϑ' αὐτόν* eandem fere significationem habent.

β) *πενϑέτη* 951, 3. 8 (Epid. saecl. IV.)

Spiritum asperum e pristino digammate natum esse Solmsen (I. F. Anz. XI 78) arbitratur. At veteres tituli aspirationem non ostendunt cf. *ἰδόντα* 760, *οἶνον* 914. Alia igitur quaerenda est causa. Aspiratio numeralium *ὁκτώ*, *ἑννέα* (tab. Heracl.) vi vocum *ἕξ*, *ἑπτά* orta est, vocis *ἡμεῖς* aspirationis pronomen alterius personae *ὑμεῖς* causa est. Etiam apud *ἔτος* similem causam indagari posse credo. Apud Homerum scriptum videmus *ξ* 293 seq. et *λ* 294 seq.:

ἀλλ' ὅτε δὴ μῆνές τε καὶ ἡμέραι ἐξετελεῦντο,
ἂψ περιτελλομένου ἔτεος καὶ ἐπήλυϑον ὧραι.

Hoc loco conexum est nomen *ἔτος* cum vocibus *ὧραι*, *ἡμέραι*.

Perfacile igitur cognoscitur, qua ratione spiritus asper vocis ἕτος natus sit: ὧραι, ἡμέραι significationis vinculo cum nomine ἔτος conexa sunt et nomen ἕτος hanc ob causam spiritum asperum usurpavit. Praeterea sententiae ἔτους ὥρᾳ, ἔτους ὧραι, καθ᾽ ἔτος: καθ᾽ ἡμέραν [1]) aliaeque vim aliquam attulerunt. Magni momenti est, quod in eodem titulo 951 πεντ᾽ ἐνιαυτούς 3 legitur: inde apparet nomen ἐνιαυτός [2]) non ita coniunctum [3]) fuisse cum ὥρα, ἡμέρα ut ἔτος, propterea ἐνιαυτόν nunquam fere legitur, nisi quod unum afferre possum testimonium ex titulo quodam Amorgi insulae Bull. VIII 24: καθἐνιαυτόν. Vicissim per analogiam vocis ἔτος fortasse ortum est: ἦμαρ et ἡμέρα cf. κἐπάμερον 800, 3 (Troz. tit. vet.), ἐπάμεροι voce etiam Pindarus utitur cf. Pyth. VIII 95.

γ) ἐγκαθιδών 951, 66.

Vocis ὁράω vi aspirationem verbi ἐγκαθιδών effectam esse puto. Nam, quod ἐγκαθευδών (v. 25. 37. 49. 57. 98) hanc aspirationem effecisse Prellwitz arbitratus est, non intellegitur, quo significationis vinculo haec verba ἐγκαθεύδων et ἐγκαθιδών inter se coniuncta fuerint.

3) Aspiratio vulgo adhibita est in vocibus: ἡμέρα, ἱκέτης, ἵππος, ἱερός, ἡμείς. In titulis vero Argolicis ψίλωσις invenitur:

α) κἐπάμερον 800, 3 (Troz. tit. antiq.) cf. supra b.) 2. β.)

β) ἰκέτας 492, 4 (Myc. tit. antiq.)

γ) Ἰπομέδōν 614, 5 (Argos tit. antiq.)

In hoc titulo *ho* ter invenimus. Dialectus Argolica pristinam conditionem huius vocis retinuit cf. lat. *equus*. Ex compositis nominibus Γλαύκιππος, Λεύκιππος aliisque fortasse concludi iam potuit, spiritum asperum non esse genuinum: vox Ἰπομέδōν hanc sententiam mihi videtur comprobare. Verisimile est aspirationem vocis ἵππος esse profectam a vocibus: ἅμαξα, ἅρμα, ἱμάς, ἱμάσθλη, ὑποζύγιον, τρέφειν ἵππους καὶ ἅρμα, ὕπαγε τοὺς ἵππους (ἥνια?, ἡνίοχος?)

δ) ἰαρομνάμονας 493 (tit. vet. Myc.) — ἐπ᾽ ἰαρέος 1485, 146. 162. 174. 178 alia testim. cf. § 2 b.)

Nunquam in titulis Argolicis *hιαρο*- reperitur. G. Meyer Gramm.³ p. 326 et Brugmann Grdr. I ² p. 748 ἱαρο- coniungunt

1) Baunack Stud. I 242 καθἔτος vi vocis καθ᾽ἡμέραν ortum esse arbitratur.

2) De vocis ἐνιαυτός etymo cf. Prellwitz W.B. s. v.

3) De distinguendis vocibus ἔτος et ἐνιαυτός cf. α 16 et inscriptionem Labyadum (Türk Herm. 31, 647 — Wilhelm ibid. 32, 317).

cum voce sanscr. *iṣira-* »validum« et spiritum asperum huius vocis hoc modo explicant (utor verbis Brugmanni l. c.); »*In der Zeit, als noch -h- gesprochen wurde, trat dieses, wenn es den Anlaut der zweiten Silbe bildete, vor wortanlautenden Vokal.*« Cui explicationi ratio titulorum Argolidis obstat: cum in titulis nunquam spiritus inveniatur, *s* indogermanicum inter vocales vestigio nullo relicto evanuisse apparet. ἱερός igitur vi vocum ἅγιος, ὅσιος natum esse arbitror.

ε) κ' ἀμιῶν 950, 26 (Epid. Isyll.) aspiratione caret (ut lesb. ἄμμε) cf. germ. »*uns*« ex **n̥sm-*.

4) Ex **sentō* i. e. **ἑντō* ortum est ἐντō 554, 7 (Arg.) Cum omnes formae radicis ἐσ- in lingua Graeca stirpem normalem ostendant (εἰμί, εἶναι etc.), per analogiam natum est ἔντō.

c) Sibilans σ inter vocales in titulis Argivis mutata est in spirantem *h*.

Nullum Argolidis oppidum praeter Argos et Mycenas hanc proprietatem ostendit. — Testimonia sunt haec:

Argos: Ἀρκ[ε]*h*ίλας 1341 (Argivus quidam). — Δαμ[α]*h*[ί-στρατος] S.G.D. 3266 d 2 (saecl. V.) — [δαμ]ο*h*ίαι 555, 5 — Νικα*h*αρίστα 1343 (hic titulus Argivis litteris scriptus est). — ἐποίϝε̄*h*ε S.G.D. 3271 et 3273 — Νικαίλας 616, 3. 5 — Τελείππου 618, I 3. 4. — Θράυλλος ibid. II 5 — Ἀγηίππα 571. —
Cutsopodi: *H*α(γ)ε̄*h*ικρ[άτε̄ς] 552, 10 — Κύλα*h*ος 553, 3
Heraeum: δαμόιοι (i. e. δαμόσιοι) 542. 543.
Mycenae: Φρα*h*ιαρίδας 492, 1 (saecl. VI.) — ἐπολυώρηε 497, 8 (Arg.-Myc. saecl. II.)

Etiam δαμόιος 1525 his testimoniis ascribendum est.

Oppida Argolica, ut iam supra dixi, hanc proprietatem ne in vetustissimis quidem titulis ostendunt cf. ἐποίε̄σε 1476 (Epid.) — ποίϝεσε 800, 1 (Troz.) — Ceterum, haec mutatio (σ : *h*) in vetustis iam titulis Argivis omissa est cf. θεσαυρõν, κατάθεσις 554 ΔιϜονυσίο 512 δαμοσίοις 561. Quae cum ita sint, scripturam ἐπολυώρηε in titulo 497, qui altero a Chr. n. saeculo est exaratus, artificiose novatam esse puto. Haec mutatio non est propria solius dialecti Argivae, nam etiam dialectus Laconica exempla praebet et in titulis oppidorum Edalii et Golgorum ter *h* pro σ legitur: ἐπισταίς, φρονέωι (φρονέωσι), ποεχόμενον (= ποσ-°) cf. O. Hoffmann Dial. I 202.

D. De mutis.

§ 38. De consonis mutis secundum articulationis locum divisis.

a) De velaribus.

1) Littera ϙ in antiquissimis titulis pro *κ* ante vocalem *ο* scripta est. Ultimum testimonium non ita multo post annum 450 invenitur.

καϙόν 506, 4 (Heraeum, bustroph.) — *ϙορίνθοθεν* S.G.D. 2263 (Arg.) — *Ϝανάϙōν* 564 (Arg.-script. a dextra ad sinistram vers.) — *Λυϙοδόρκας* S.G.D. 3266 b 11 (Arg.-circa a. 450.) — Certum videtur esse ϙ in [*Ϝαν*]ΑϘΘΝ 561, 1 (Arg.) —

2) *γ* respondet consonae *β* dialecti Boeoticae (= idg. *g̯u̯*) in voce *γυνή* S.G.D. 3310 (Arg.) — *γυναῖκα* 757 b 17 (Troz.) — 952, 34 (Epid.) cf. boeot. *βανά*.

3) *κ* respondet consonae *τ* ante vocalem *ε* positae (= idg. *qu̯*) in voce *-κα* (= **qu̯a*) accentu carente cf. *ὅκα* pro *ὅτε* 840, 12 (Cal.) — 950, 58 (Isyll.) — *τόκα* 950, 7 pro *τότε*.

b) De dentalibus.

1) Consona dentalis est genuina:

α) in pronomine secundae personae: *τύ* 950, 67 (Isyll.) — 951, 69 (Epid.) — *τύγα* 950, 63 — *τοί* 951, 32 — 950, 78.

β) in voce *δεμελέας* 951, 98. 99 (Epid. saecl. IV.)

Prellwitz et Brugmann (Grdr. I ² p. 142 § 144, 1) coniungunt *δεμελέα* et lat. *lumbricus*. Nam »*lumbricus*« natum esse contendunt ex **lomlicos* > **domlicos* cf. *lingua* : *dingua, lacruma* : *dacruma, oleo* : *odor, solium* : *sedeo*, alia.

γ) in numerali *τεταράκοντα* 823, 54. 63. 70 (Troz.) Alterum *τ* non pro *ττ* ex *τϜ* scriptum est, sed *Ϝ* in coniunctione *-tvr-* (cf. lituan. *ketvir̃tas*) evanuit (**qetvr-* > **qetr* > *τεταρ-*).

δ) in suffixo *-τι-* etc. cf. § 35 b.)

Ἀριαμιτίου 1485, 37. 68. 107. 121. 125. 129. 135. 139. — 1492 — 1496 (Epid. saecl. IV.) — *Πραρατίου* 1485, 134 — *Ἀφροδίτιον* 1497 (Epid. saecl. III?) — *hεμίτειαν* 914, 7. 25 (Epid. saecl. V.) — *Ἀρτεμιτίωι* 840, 9 (Cal. saecl. verg. III.) — *δωτίναν* 841, 21 (Cal. saecl. verg. III.) — *Φιλωτίς* 529, 13. 14 (Heraeum saecl. III.) — *Ἀφροδιτίαν* ibid. 10 — *Σωτιδώ* 732 IV 6 (Herm.) in eodem titulo I 1: *Σωσίστρατος* — *ἐρρυτιασμένων* 752, 5 (Troz. saecl. II.), sed fortasse in tit. 941, 9 (Epid. saecl. II.) *ἐρρυσ*[*ιασμεν-*] — *φάτις* 950, 38 (Isyll.) — Potissimum in numeralibus: *ἴκατι* 1488,

26. 43. 45. 46 (Epid. saecl. IV.) — *διακατίων* 823, 53 (Troz. saecl. IV.) — *τριακατίων* ibid. 56. 58. 59. — *τριακατιᾶν* 1488, 27. 29. 31. — *πενταkατίανς* 498, 3 (Arg.-Myc. saecl. II.) — *πεντακατίων* 1492, 11. 35 (Epid. saecl. IV.) — *ἑπτακατιᾶν* 1498 (Epid.) — *[ἐ]ν[α]κατίων* 1488, 19 — Formae sermonis vulgaris (*κοινῆς*) iam in titulis 1492 *εἴκοσι* 29 et 840 (Cal. saecl. verg. III.) *τριακοσίας* 2 inveniuntur.

ε) *τ* retinetur in terminatione *-ντι*:

Argos: *ἄγωντι* 521 — *[δικά]σσωντι* ibid.

Trozen: *δίδοντι* 757 B 14. 16 (saecl. II.) — *διατελοῦντι* 756, 11 (saecl. II.) — *ἀγγέλλωντι* 750, 26 (saecl. III.) — *εὐτακτῶντι* 749, 6 (saecl. IV vel III.) — *ὑπηρετῶντι* 748, 17 (ante med. saecl. IV.)

Hermione: *ἐπιδαμῶντι* 679, 34 (saecl. III vel II.)

Calaurea: *ἀποδῶντι* 840, 15 (verg. saecl. III.) — *ἐκδανεισοῦντι* 841, 16 (saecl. III verg.) — *ἐκδωσοῦντι* ibid. 18 — *θυσοῦντι* ibid. 21 — *ποιησοῦντι* ibid. 25 — *εἰσοισοῦντι* ibid. 27 — *ἀποδωσοῦντι* v. 29 — *ποτομοσοῦντι* v. 30.

Epidaurus: *ἄγοντι* 928, 3 (saecl. II.) — *σώιζοντι* 950, 70 (Isyll., unica in hoc carmine forma in *-ντι* cf. *ἀριστεύωσι* 14.) — *ἀναγγέλλοντ[ι]* 933, 3 (tit. rec.) — *π]οιῶντι* 952, 78? (saecl. IV exeunte.)

2) Consona dentalis pro idg. labiovelari ante *ε*, *η*, *ι*:

τετόρων 1485, 166 (Epid. saecl. IV.) — 1488, 23. 29. 30. 35. 41. 43. 45 (Epid. saecl. IV.) — *δεκατετόρων* 1497 (Epid. saecl. IV.).

ὀδελον[ό]μοι 757 B 42 cf. § 6 b.

Δελφοῖς 950, 33 — 1504 I 3 (Epid.) — *Δελφίων* 497, 5 (Argivus. saecl. II.) — cf. boeot. *Βελφοί* (Führer: de dial. boeot. p. 16 § 7.).

ἄτιτον 498, 8 (Arg.-Myc. saecl. II.) cf. *ποινή*.

c) De labialibus.

Haec fere commemoranda sunt:

1) *πρεσβεύσαντα* 590, 20 cf. *πρέσγυς*, *πρεισγίστωι* (Gortyn.)

2) *σπάδιον* 561, 6 (Arg. tit. vet.) — Aut *σπάδιον* a *σπάω* est derivandum aut vi vocis *σπάω* consona *π* pro *τ* irrepsit. In titulo 951 (Epid. saecl. IV.) legitur *δεκαστάδιον* 80. Quae forma utrum et ipsa dialecti fuerit propria an e vulgari sermone deprompta, diiudicari non potest.

3) *π* : *πτ* : *πελεάν* 1484, 44 (Epid. saecl. IV.) pro *πτελεά*.

4) *π* ex idg. *ku̯*: *πάμ[ατα]* 506, 3 (Arg. bustr.) — *παμάτων* 521, 5 (Arg. saecl. IV.) — *Εὐπάστου* 629 (Arg. saecl. IV.) cf. *πάστας* (Gortyn.) — boeot. *τὰππάματα* etc. cf. Brugmann Grdr. I 2 312 et G. Meyer Gramm.3 p. 343.

§ 39. De consonis mutis secundum articulationis genus divisis.

a) Consona media, non aspirata, scribitur

1) in voce *παρδείγματος* 1485, 91 cf. p. 51.

2) in voce *βεβλαβότος* 944, 14 (Epid. tit. rec.) cf. *ἄβλοπες· ἀβλαβές* Hes., etiam titulis tradita sunt: *ἀβλοπία, καταβλαπέσθαι* (G. Meyer Gramm.[3] p. 272). *βλεπ-* igitur stirps huius vocis cognoscitur. In vocibus *βλαβή, βέβλαβα* assimilatione ex *π* ortum est *β* propter *β* consonam antecedentem. Per analogiam rursus nascitur *βέβλαφα* cf. *γέγραφα* aliaque.

b) Consona media ex tenui orta est in nomine *Ἀγασίγρατις* 840, 1. 14 (Cal. verg. saecl. III). Ut *βέβλαβα* assimilatione ortum est, ita *Ἀγασίγρατις* ex *Ἀγασίκρατις*.

c) Tenuis scribitur:

1) pro media.

α) in stirpe *Ἀρταμιτ-*, praeter testim. in § 2 a) allata cf. *Ἀρτέμιτος* 1082—1084. — Altera *τ* consona aut assimilatione ex *δ* orta est (Kretschmer KZ. XXXIII 467 seq.) aut primigena, quod si ita res se habet, *Ἀρταμιτ-* in aliis dialectis traductum est in flexionem stirpium in *-ιδ-* terminantium (G. Meyer Gramm.[3] p. 272.)

β) *ὕσπλακος* 1508 A 2 (Epid. saecl. III.) — Attice *ὕσπληγξ, ὕσπληξ* genet. °*-ηγγος*, °*-ηγος*. Num consona *κ* ex *γ* assimilatione nata sit (Keil Mitt. XX 436), dubito; nam perpauca sunt testimonia, quae assimilationem consonae gutturalis ad consonam labialem comprobare possunt atque incertissima — cf. *Ἀλθήφωι* d. 5. *β*.)

2) pro aspirata:

α) ante insequentis syllabae aspiratam: a voce *ἔχω* derivatum est: *Ἐκεσθένεος* 823, 9 (Troz. saecl. IV.) — *Ἐκεσθένει* ibid. 22, 26.

Adnotatio. Non eadem ratione est intellegendum nomen *Ἀρκεhίλας* 1341 (Argivus). *Ἀρκεσίλας* enim ab *ἀρκέω* est derivatum, neque vero ab *ἄρχω*, a quo verbo profectum est *Ἀρχεσίλα* 614, 6 cf. Fick-Bechtel Personnam.[2] pp. 72 et 69.

β) Per analogiam ex *φρατριώτης* ortum est *πατρ-*° cf. *πατριώταις* 757 B 12 (Troz. saecl. II). Postquam prior liquida *ρ* vocis *φρατριώτης* dissimilatione evanuit, perfacile fieri potuit, ut *φατρ-* vi vocis *πατήρ* in *πατρ-* commutaretur.

γ) *ὑποδέκομαι* 951, 46 — *ὑποδέκεσαι* 951, 44 (Epid.

saecl. IV.) Huius verbi radix est *deḱ* cf. scr. *dāśati* »colit« »servit«, palaeoslov. *desiti*. Etiam Isyllus δέκεσθαι 950, 76 utitur. Forma δέχομαι novata est cf. Hoffmann Dial. III 601. In titulo 679 (Troz. saecl. III vel II) forma ἀποδέχε[ται] ex sermone vulgari (κοινή) irrepsit, nam in hoc titulo infinitivi iam in -ειν (ἄγειν, συμπομπεύειν) terminant.

δ) Legitima est consona tenuis in voce κάλχας 1484, 83 (Epid. saecl. IV.) De formis κάλχη et χάλκη cf. G. Meyer Gramm.[3] p. 283.

d) De aspiratis.

1) Aspirata ϑ legitime posita est pro media δ, quae in dialecto Ionica (cf. O. Hoffmann Dial. III p. 604) adhibetur: μεϑέν 1607, 8. 10 (Cleon. bustroph.) — μηϑέν 951, 73 (Epid. saecl. IV.) — οὐϑέν 951, 59—952, 28 (Epid. saecl. IV.) — 1485, 146. 147 (bis) (Epid. saecl. IV.) — 933, 8 (Epid. tit. rec.) — οὐϑενός 951. 18 — οὐϑαμεῖ 952, 22 — μηϑέν 841, 31 (Cal. saecl. III.) — Forma οὐϑείς nata est ex *οὐδ-hεις > *οὐτ-hεις i. e. οὐϑείς. οὐδείς in titulo illo recentissimo 596 invenitur, quae forma non est dialectica.

2) In voce φρουρός ex *προ-ὁρος spirans gutturalis syllabae alterius antecedentem π in φ mutavit: φρο[υροί] 695 (Herm. saecl. III. vel II.) — φρούραρχος 769 (Troz. saecl. III.) — φρουροί 769. — 872 (Epid. saecl. IV.) — 1352 (Epid. saecl. IV. vel III.) — φρουροῖς 914, 14 (Epid. saecl. V.)

3) Aspirata orta est

α) ex media insequente sigmate suffixi *-s-mn̥-* cf. φάρχματα 1484, 253 (Epid. saecl. ineunte IV.) — παρδείχματος ibid. 296. 303. — παρδειχμάτων ibid. 251. iuxta πάρδειγμα (cf. παρδείγματος 1485, 91 Epid. saecl. IV.), φράγμα. Habemus igitur Epidauri iuxta πάρδειγ-μα- formam *παρδεικ-σμα i. e. πάρδειχμα.

β) e tenui per analogiam in perfecti forma: δέδωχ[ε] 498, 4 (Arg.-Myc. saecl. II.) pro δέδωκε, quae forma mutata est vi perfectorum γέγραφα aliorum.

4) τϑ ex ττ ortum est, quod geminatio ττ cum spiritu aspero pronuntiabatur (G. Meyer[3] p. 288): Ἀτϑικῶι 1485, 13 (Epid. saecl. IV.) — Ἀτϑικοῦ 1493, 6. 9 (Epid. saecl. IV.). — Keil Mitt. XX 437 seq. legit in titulo 1484, 106 (Epid. ineunte saecl. IV.): ΑΡΓΥΡΙΟΠΑΡΑΣΚΛΑΠΙΟΑΘΙΚΑΙΔΡΑΧΜΑΙ: ἀργυρίου παρ Ἀσκλαπιοῦ Ἀϑικαί δραχμαί. Ἀϑικαί mihi videtur esse scriptum, quod nomen urbis Ἀϑῆναι aspiratam consonam ostendit.

5) Aspirata ante insequentis syllabae aspiratam.

α) In *θεθμόν* 950 B 12 (Isyll.) prior *θ* mihi videtur esse immigrasse e nomine *θέ-σις* aliisque vocabulis huius radicis ab aspirata *θ* incipientibus.

β) Assimilatione progressiva videtur esse ortum *Ἀλθήφωι* 757 B 26 (Troz. saecl. II.) — cf. *ὕσπλακος* c. 1. β.)

γ) In titulis recentissimis, qui Ionica sunt scripti dialecto, legimus formas *Φερσεφονείη* (dat.) 1039 — 1040 (Epid.) — *Φερσεφόνη* 496 (Arg.)

§ 40. E. De consonis ζ et ξ.

a) Litteram ζ geminam consonam *-zd-* exprimere scriptura harum vocum confirmatur: *οἰϝίσζειε* 506, 5 (Heraeum) — *δικάσζοιτο* 554, 4 (Arg. tit. vet.) — *δικάσ[ζοι]* ibid. 3/4

Adnotatio. *Πανδοσία · Διόσζοτος* in tit. 1504 I 24. Hic *Διόσζοτος* non est Argivus.

b) Consona ζ mollem consonam *z* significat:

1) ante μ: *Ζμάραγδος Σμαράγδου* 1073 (Epid. tit. rec.) — *δεζμῶν* 1485, 80. 83. 112. 114 (Epid. saecl. IV.) iuxta *δεσμά* ibid. 62 etc.

2) ante mediam consonam: *Πελαζγικόν* 583, 1 (Arg. saecl. III.)

c) In initio vocum conservatum est ζ cf. *ζ[υμάς]* 952, 32 (Epid. saecl. IV.)

d) Verba in *-ιζω* saepius inveniuntur, nullum in *-ιδδω* (cf. G. Meyer Gramm.[3] p. 360 seq.) cf. *οἰϝισζειε* 506, 5 (Arg.) — *ἀστραγαλίζοντος* 951, 25 (Epid. saecl. IV.) — *νομιζόμενα* ibid. 43 — *νομίζονται* 752, 10 (Troz. saecl. II.) — *συγκατασκευάζ[ων* 749, 7 (Troz. saecl. IV vel III.) — *νοσφίζεσθαι* 841, 31 (Cal. saecl. III.)

b) Consona ξ

1) Primigena est in initio vocis *ξυνόν* S.G.D. 3270 (Argos tit. vet.)

2) Coniunctio consonarum κσπ conservata est in voce *ἐξπρια[-* 506, 6 (Heraeum, bustroph.) — at *ἐς πόλιος* 492, 3 (Myc. tit. vet. saecl. VI.)

3) Geminata est consona ξ in nomine *Δέξξιλλος* 515 (Argos) cf. Papers p. 298: »*The rounded delta throws this inscription also back towards the beginning of the fifth century. But its chief interest lies in the doubling cf. the xi. This is paralleled*

by the Boeotian Δέξξιππος Röhl I.G.A 150 and Δεξξίππα G.J.G. 1608 line 5«.

§ 41. **F. De sandhi.**

Ex scribendi ratione non satis perspicitur, quomodo vox in verborum conexu mutata sit. Lapicidae enim plerumque ea utuntur scribendi ratione quam vox separata ab aliis postulat. Tamen nonnullae commutationes, quas soni in extrema voce subierunt, e titulorum scriptura cognosci possunt.

a) De vocalibus ante insequentem vocalem positis.

Huc »ν ἐφελκυστικόν«, quod dicitur, referendum est. Dativorum in -σι et praeteritorum in -ε desin. haec sunt testimonia:

1) **saecl. VI et V:** *παρέδōκε Hορμιάδας* 1342 (Epid.) — *ἀνέθēκε τōι* 1204 (Epid.) — *ἐποίēσε* in fine tit. 1476 (Epid.) — *ἀνέθēκε ἅ κα* 760 (Troz.) — *ἀνέθēκε Ἀλεξία* 684 (Herm. cf. *ἐποίēσε Κυδōνιάτας* 683 Herm.) — *ἔθēκε* 510 fin. (Heraeum). — *ἀνέθēκε* fin. 565 — 566 (Arg.) — 1345 (Epid.) — 975 (Epid. saecl. V. vel IV.) — *ἀϝρέτευε Ἀλκαμένēς* 517, 4 (Heraeum) — *ἐποίϝεhε Ἀργεῖος* S.G.D. 3271 et 3273 (Arg.) — *ἀνέθηκε* 567 (Arg. circa 400).

2) **saecl. IV:** *κύφωσιν Φρίκωνι* 1484, 224 (Epid.) — *ἀνέθηκε* fin. 1103 (Epid.) — 1172 (Epid.) — 1347 — 1348. — 1351 — 1353 (Epid.) — 568 (Arg.) — *ἐποίησεν* fin. 1172 (Epid.) — *ὑπερετῶντι εἰδότες* 748, 17 (Troz.) — *ποιοῦσιν αὐτόν* ibid. 20 — *εἶπε. [Ἔλ]αχε φυλᾶς* ibid. 23 — *ἐοῦσιν καὶ* 917, 4 (Epid.) — *ἔλαβε Ἀρχέμανδρος* 1496, 21 (Epid.) — *ἔγραφε Ἀρχιτέλης* 1492, 21. 22. 26/27. 33 (Epid.) — *ἱαρομνάμοσιν, οἷς* ibid. 21 — *ἐπόησεν* fin. 1477 (Epid.) — *ἐνεκάθευδεν ἐλ* 952, 1 (Epid.) — *θεραπεύμασιν ἐπ[ιγελᾶν]* ibid. 96 — *ἐνεκάθευδε ἐν* ibid. 10 — *εἶδε. Ἐδόκει* 952, 11 et saepius — 951 passim (Epid.) — *εἶχε ἀφικόμενον* 952, 36 — *παρεκύησε. Αὕτα* ibid. 27 — *ἐνεκάθευδε· ὡς* ibid. 28 — *κατέστασε.* fin. ibid. 9 — *ἐκύησε ἐν* 951, 8 — *ἐξῆλθε ἐκ* ibid. 5 — *ἐκύησε. Αὕτα* ibid. 3 — *ἐνεκάθευδε ἐν* ibid. 4 — *ἔτεκε, ὃς* ibid. 5 — *ἰάμασιν καὶ* ibid. 24 — *εἶχεν ἐν* ibid. 123 — *στίγμασιν καὶ* ibid. 67 — *ἐξαῖρεν ὑγιῆ* ibid. 87 — *ἐοῦσιν ἀπίστοις* 951, 32 — *ἧρπε εἰς* ibid. 86 — *ἀνέθηκε εἰς* ibid. 53 — *χερσὶν ἔχων* ibid. 97. 101. 106 — *ἐξῆλθεν ταῖς* ibid. 106 — *ἐφόρησε ἐξ* ibid. 95 — *ἔδωκε. Ἁμέρας* ibid. 96 — *ἀπῆλθε* fin. ibid. 126 — *ἔφευγε, ὁ δὲ* ibid. 112 — *ἔδοξέ οἱ* ibid. 99 — *ἀνέθηκε Ἀρχεστράταν* 1102 (Epid.) —

ἐπόησεν fin. 1477 (Epid.) — ἐστεφάνωσε, ᾶ 1418, 1 (Epid.). — Apud Isyllum (950, Epid. circa 300): ἀνέθηκε Ἀπόλλωνι 1 — ἀθανατοῖσι θεοῖσιν in fine hexam. 11. — μακαρέσσιν ἐς 13. — ηὗρεν Ἴσυλλος 10. — ἡγλάϊσεν τέμενος 28. — Dubium est: τοῖς γράμμασιν . . . . 1487, 9 (Epid.)

3) **saecl. III:** ἀνέθηκε fin. 1109. — 1356 (Epid.) — ἐπόησε 1478 (Epid.) — τοῖς αἱρεθεῖσιν εὐθύνοις 841, 29 (Cal.) — ἔχουσιν αὐτοῦ 751, 9/10 (Troz.) — Εὐμενίσιν fin. 668 (Tiryns.) — ἐπ[όησε]ν S.G.D. 3285 (Arg.) — χρήμασι fin. 925, 19. 24 (Epid.) — ἐζαμίωσε αὐτόν 1508, 4 (Epid.) — ἐπέκρινε αὐτόν ibid. 6.

4) **saecl. II:** Εὐμενίσιν εὐχάν 575 (Arg.) — σώμασιν τοῖς ἀποπραχθεῖσιν ὑπὸ 752, 8/9 (Troz.) — εἶπε fin. 757 A 10 (Troz.) — ἔχου]σιν αὐτῶν 756, 13 (Troz.) — ἀνήνικε Εὔξενος 757 A 12. — ἀν]έθηκε Ἐπ[ι]δα[ύριος 1357 (Epid.) — ἐποίησε fin. 1482 (Epid.)

5) **saecl. I:** ἀνέθηκε fin. 574 (Arg.) — ἐποίησε fin. 687 (Herm.) — 1483 (Epid.) — Tituli recentes sunt 1186 (Epid.) ἀνέθηκε Ἀρτέμιδι — 582 (Arg.) ἀνέθηκε Ἀδωνίδι.

Primum igitur testimonium ineunte saeculo quarto invenitur (1484) atque normam scholasticam non sequitur, quae etiam sequentibus saeculis neglegitur. Saeculis sexto vel quinto nullum testimonium adhuc legimus. De explicatione huius nasalis cf. G. Meyer Gramm.[3] p. 399. Huc fortasse referendum est ν in praepositione ἄνευν 1484, 58 (Epid. ante cons.).

b) De consonis ante insequentem consonam positis.

1) De articulationis loco.

Praecedens consona sequenti ita assimilatur, ut locus articulationis idem fiat: τὸμ πόδα 952, 100. — γενεὰγ καὶ 952, 84. — ἐνιαυτὸγ καὶ 952, 56. — αὐτῶγ καὶ 1506, 25. — δεξμῶγ καὶ 1485, 114. — ἐγ Καλαυρέαι 839, 1. — τὸγ γύλιον 951, 80. 86. 87. — τὸγ κώθωνα 951, 82. 84. 87. 89. — τὸμ πρὸ 951, 109. — ἐμ παντὶ 952, 27 alia. Potissimum: τοῖϝ ϝανάκοι(ν) 566, 1 (Arg.) i. e. τοῖϝ ϝανάκοι(ν) < τοῖν ϝανάκοιν. — τὸς σακόν 1485, 125 (Epid. saecl. IV.) — τῶλ λίθων 1485, 130. — 951, 105 (Epid.) — ἐλ Λακεδαίμονι 952, 1 (Epid. saecl. IV.)

2) De articulationis genere.

Testimonia mutationis permulta exstant, sed haec mutatio omnium dialectorum communis est e. g. ἐγ Γόνφων 617, 10. — ἐγδοῖεν 823, 67. — ἐγ λατομίας 1485, 40. 76. — De ἐς πόλιος pro ἐκς πόλιος cf. § 35 g et 40 b. 2.

c) Coaluit articulus vel praepositio cum voce insequente:

1) *ἐσστὶ ἰαρόν* 1484, 6 (Epid. saecl. IV.) — *τοσσκέλος* 914, 8 (Epid. saecl. V.). Consona *σ* ante mutas *τ* et *κ* eadem ratione, qua media in voce duplicata est (cf. § 35).

2) *τονσυναρτύοντας* 554, 2 (Arg. tit. vet.) — *καταπατεῖνιν* 952, 115 (Epid. saecl. IV.) Ex scriptura has voces uno accentu pronuntiatas esse iam apparet.

§ 42. **I. De haplologia.**

Notum est pro *Μελαν-άνθιος* pronuntiatum esse *Μελάνθιος* cf. *Μελανθίωι* 823, 45. 47. — *Μελάνθιος* 1564, pro *ἡμιμέδιμνον*: *ἡμέδιμνον* 932, 38 (Epid. saecl. I.) — 943, 8 (Epid. tit. rec.). Rara vero est omissio alterius syllabae: *hεμίδιμμνον* 914, 6. 24 (Epid. saecl. exeunt. V.) — Dubium est, num in *κα τὰ ϝεϝρε̄μένα* 493 (Myc.) et *κα τάταν* 618 (Arg.) haplologia adhibita sit.

II. De metathesi.

Testimonia sunt haec: *φάρξιν* 1484, 75 (Epid. saecl. IV.) — *φάρχματα* 1484, 235 pro *φράγματα*. — *βολίμου* 1484, 273. 275. 284. 302. — 1485, 62. 109 etc. (Epid. saecl. IV.) pro *μολίβου*. — *Δρόκυλος* S.G.D. 3402a (Herm.) cf. *Δορκύλου* 756, 4 (Troz.) — *Δόρκων* 1484, 30.

III. De dissimilatione.

Evanuit liquida *ρ*:

α) praecedente altero *ρ*: *ῥόπτον* 952, 42 (Epid. saecl. IV.) — *θυρώτοιν* 1484, 304. 305 (Epid. saecl. IV.) cf. ibid. 30: *θυρέτρο̄*.

β) insequente altero *ρ*: *πατριώταις* 757 B 12 (Troz. saecl. II.) cf. *φρατρία* — [*ἀφονίτρου* 836, 3 (edict. Diocl.) pro *ἀφρονίτρου*].

De dialecti Argolicae proprietatibus.

Etsi hoc loco priorem tantum dissertationis partem emitto, tamen, quam Friesenius proposuit quaestionem: dialectus Argolidis utrum una sit necne, nunc iam disserere meum esse puto. De qua quaestione ut hoc loco iam disserere possim, causa est, quod etiam formarum proprietates dialecticae, cum de sonis disputarem, mihi erant commemorandae.

Ac primum igitur dialecti eas enumerabo proprietates, quae per omnia Argolidis oppida inveniuntur.

I. Dialectum Argolidis Doricis esse adnumerandam inter omnes constat. Distat vero dialectus Argolica a reliquis dialectis Doricis **formatione aoristi in -σσ- et, quae ab hoc aoristo profecta sunt, nominum in** -σσις[1]), cum reliquae dialecti Doricae aoristum et nomina in -ξ- adhibeant: respondet igitur aoristo Dorico ·δικάξαι forma Argolica δικάσσαι. Ab hac vero pristina et totius Argolidis propria aoristi formatione nomina abstracta proficiscuntur: ϝέρμασσις, στέγασσις etc. — Haud ignoro Epidauri in lapidibus passim scriptos esse aoristos in -ξα desinentes velut (§ 59; 4b) ἁρπάξας, ἐναρμόξαι, ὠνόμαξε etc., Epidauri et Trozene ὁμαλίξιος 823, 51 (Troz. saecl. IV.)[2]) — 1484, 160 (Epid. saecl. ineunte IV.)[3]). At dialecti unitas his testimoniis non amovetur, quod tituli, qui aoristum in -ξα desinentem praebent, aetate exarati sunt posteriore iis titulis, qui aoristum in -σσ- adhibent; nomen ὁμάλιξις ex alia fortasse dialecto irrepsit: forma vernacula esse non potest.

---

1) cf. § 35f.

2) In eodem titulo: ἑρμάσσιος, στεγάσσιος, ἀποστεγάσσιος.

3) Consona ξ videtur esse certa: scriptum est Ε.

II. Universa dialecti Argolicae indoles ex altera quoque proprietate cognoscitur, quae et ipsa documento est dialectum Argolicam vetustatem quandam retinuisse. **Consonae enim** »νσ« **et media et extrema in voce immutatae perstabant**[1]. — Hic dixerit quis etiam dialectum Cretensem conservasse hanc coniunctionem consonarum. At obliviscendum non est Cretenses esse colonos Argolidis, qui cum domo emigrarent, illam proprietatem secum abstulerunt.

Hae vero proprietates dialecti fundamenta sunt, ex quibus cognoscitur dialectum Argolidis esse unam.

Quod denique universa dialectus singulis in Argolidis regionibus aliquantulum discrepuit, non est mirum[2].

Una igitur ex urbe Argis[3] testimonia allata sunt mutationis consonae *σ* inter vocales positae in spirantem *h*[4]. At haec mutatio non solum in titulis Argivis invenitur sed etiam Laconicis et Cypriis neque distinguit dialectum Argivam a ceteris dialectis Doricis. — Alia porro discrimina pusilla sunt: Argivi *σπάδιον*[5] pro *στάδιον* pronuntiarunt, Epidaurii *στάδιον*, ut reliqui Graeci. Deinde dialecto Epidauriae ascribenda est forma *ἄνευν*[6], cum tota Argolide *ἄνευ* pronuntiatum sit. Hermionenses genitivis *Δάμωνους* et *Νίκωνους*[7] pro *Δάμωνος*, *Νίκωνος* usi sunt, cum reliqua in Argolide *-ος* inveniatur.

---

1) cf. § 34.
2) Paul: Prinzipien d. Sprachgesch. cap. II.
3) Perpauca ex Heraeo, Cutsopodis, Mycenis cf. l. c.
4) cf. § 37c. 5) cf. § 38c. 2. 6) cf. § 41a. 7) cf. § 19.

Vita.

Natus sum, Erdmann Hanisch, Vratislaviae a. d. IV. Non. Mai. a. 1876 patre Eugenio, matre Lina, e gente Walter. Fidei addictus sum catholicae. Primum scholam realem catholicam Vratislaviensem adii, deinde gymnasium regium Guilelmianum, tum a tertia classi gymnasium Elisabetanum. Maturitatis testimonium adeptus ineunte hieme anni 1898 Universitatem petii Viadrinam philologicis studiis, potissimum grammaticis, operam navaturus. Tertio semestri Universitatem adii Vindobonensem, quartum semestre Lipsiae versatus sum. Docentes audivi viros illustrissimos Abicht, Baumgartner, Brugmann, Ebbinghaus, Foerster, Freudenthal, Gitlbauer, Heinzel, Hillebrandt, O. Hoffmann, Koch, Koelbing †, Kretschmer, Liebich, Marx, Meyer-Luebke, Minor, Much, Mussafia, Nehring, Norden, Reisch, v. Schroeder, Siebs, Sievers, Skutsch, Sommer, Vogt, Windisch, quibus omnibus optime de me meritis gratias ago, quas habeo, maximas. Imprimis vero viris doctissimis Rudolfo Abicht, Alfredo Hillebrandt, Ottoni Hoffmann, Wladislao Nehring, Francisco Skutsch, quod debeo, me semper grata memoria servaturum esse profiteor.

Theses.

1) In vocum Graecarum stirpibus vocali »ĭ« respondet vocalis idg. *ĕ,* si vocalem complures sequuntur consonae et vocalis syllabae insequentis in lingua idg. accentum ferat necesse est.

2) Suffixa Latina *-men* et *-mentum* a radice **men* profecta sunt.

3) Linguae Slavicae noviores nisi bene perpensa linguae Palaeoslovenicae indole ac natura sufficienter explicari non possunt.